THE

WILLIAM R. PERKINS
LIBRARY

OF

DUKE UNIVERSITY

Rare Books

18/a ue

Brunet V, 412.

-o-

W Grant

150

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
Duke University Libraries

http://archive.org/details/picturaloquenssi00smid


PICTURA LOQUENS
A Schoondeek
del et fec

LUD. SMIDS, M.D.

PICTURA LOQUENS;

SIVE

HEROICARUM TABULARUM

HADRIANI SCHOONEBEECK,

ENARRATIO

ET

EXPLICATIO.



AMSTELÆDAMI,

Ex Officina HADRIANI SCHOONEBEEK.
ANNO MDCXCV.


LABOR OMNIA VINCIT

D7 RBR S639P

NOBILI AC PRUDENTI

VIRO,

NICOLAO WITSEN,

CONSULARI, &c.

MERITIS IN PATRIAM MAXIME ILLUSTRI,

HANC PICTURAM LOQUENTEM; SIVE HÆC HEROICA VIRTUTUM ATQUE VITIORUM SPECIMINA, DEPICTA, DESCRIPTA, UT GRATI

CLIENTIS EXILEM TESSERAM, ANNO SALUTIS MDCXCV, IPSIS KALENDIS OCTOBRIS, HUMILLIME DICAT ET CONSECRAT

LUD. SMIDS.

PRÆ-

PRÆFATIO,

Ad Adoleſcentes, litteratos ac candidos.

SApor (*ſive potius angelus, Perſarum princeps, ipſius perſonam aſſumens; ſicuti in erudito ſuo dramate fingit Ludov. Cellotius*) de Ptolemæo & *Ægypto captâ* triumphans, Ochumque *minorem natu filium, more prorſus Romano*, ſecum vehens; *inter plebis ſtrepitus, optimatumque applauſus*, eum *quoque gloriæ calcaribus* ad Virtutem incitavit. *At* cum puer *regius interim, jucunda ſimplicitate*, rogaret quid & *qualis* illa Virtus eſſet, reſpondit Pſeudo-Sapor:

Natam Tonantis, Oche, reginam *puta*,
Ditem, *venuſtam*: quam tibi ſponſam volo.

pergebat puer:

Ejus ne prohibes, *genitor*, adſpectu frui?

tum *verò* pater, *optimè*:

O ſi videres, *Oche! quam puri* faces
Subderet amoris! *nate, dum molle es lutum,*
In utrumque flecti cereus, dominam occupa,
Et irremiſſo ſtringe complexu, *puer.*
Juventa læves cumque ſignabit genas;
Curæque grandes pectus implebunt viro:
Cum tarda ſenio membra frigebunt gravi,

Hæc prima *libet*, ultima *&* ſervet tuos
Virtus amores! *ſi quid* exemplo *pater*,
Si valeo meritis, ſequere *quam facio* viam.

Et hoc olim, juvenes, ſacrata Muſis pectora, monuerat nobilis noſter Arpinas, *in Officiorum libris eximiè differens;* Honeſtum, *inquit, etiamſi nobilitatum non ſit, aut ſi etiam à nemine laudetur, laudabile eſſet naturâ: quod* ſi oculis cerneretur, *mirabiles amores excitaret ſapientiæ. Ut &* Neronis *eruditus & gravis* præceptor, *Nemo, ait, non amore ejus arderet*, ſi nobis illam videre contingeret.

Hanc *ergo* vobis, *hanc* offert Libellus *hicce meus* conſpiciendam, *ſimul* & exaudiendam; *ſed* Vitiis, Criminibus, Sceleribus, & Flagitiis *junctam* & immiſtam. *Nempe* ut hæc *in* numina ſpernente *Pentheo*, ſæviente *Zetho*, deſperante *Oedipo*, vindicante *Thyeſte*, excandeſcente *Horatio*, & laſciviente *Antonio*, *faſtidiatis ac* fugiatis: *quemadmodum* hanc *in* religioſo *Deucalione*, pudico *Hippolyto*, forti *Hercule*, pio *Ænea*, clemente *Alexandro*, juſto *Bruto*, conſtanti *Fabricio*, fido *Regulo, cæterisque præterlapſorum ſeculorum inculpatis heroïbus*, ametis, & *ambabus manibus amplectamini.* *Cer-*

Certè volumen *hoc qualecunque* non niſi vobis dicare & *conſecrare conveniebat*. Adoleſcentia *etenim* in errores & delicta *maximopere* prona. *Sic verè* Horatius:

Imberbis juvenis tandem, cuſtode remoto,
Gaudet equis, *canibusque & aprici gramine campi*,
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Utilium tardus proviſor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusque, *&* amata relinquere pernix,

imò pueritiæ moderatorem, *ô Horati*, *verbis hiſce Martialicis* carpere non erubeſcens:

Cunarum fueras *motor*, Charideme, *mearum*,
Et pueri cuſtos, *aſſiduusque* comes.
Jam mihi nigreſcunt tonſâ *ſudaria* barbâ,
Et queritur labris puncta puella meis.
Sed tibi non crevi: *te noſter villicus horret*,
Te diſpenſator, te domus omne pavet.
Ludere nec *nobis*, *nec tu* permittis amare:
Nil mihi *vis & vis* cuncta *licere* tibi.
Corripis, obſervas, quereris, ſuſpiria ducis,
Et vix à ferulis abſtinet ira manum.
Si Tyrios ſumpſi cultus, unxive capillos,
Exclamas! nunquam fecerat iſta pater!
Et numeras *noſtros adſtrictâ fronte* trientes,
Tanquam de cella *ſit cadus ille* tuâ.
Deſine: *non poſſum libertum ferre Catonem*;
Eſſe virum iam me dicet amica tibi.

Sed ab hisce, forſan ingratis, paullum re-

reflectentes ad ipſius libelli per veniamus Ordinem, & Ornamentum.

Annorum geſtorum*que* ſeriem perſecuti, ab ipſo diluvio *hiſtoriæ curſus inchoavimus*, & in Auguſtæo imperio *ipſius metam feſſi poſuimus.*

Tempus *enim* (*ut peritè* Cenſorinus) *à natis hominibus ad diluvium, ſcriptoribus* (propter ignorantiam) ἄδηλον; *à diluvio ad Olympiadum primam* (*quod in eo* pleraque fabuloſa) μυθικὸν: *ab Olympiade verò primâ ad noſtra ſecula* (*quoniam in eâ* varia hiſtoria) ἱστορικὸν.

Pictas *addidimus* tabulas, *pulcras profectò & laborioſas; ſcilicet ut ita res tyronum mentibus facilius perciperetur. Quippe, monente Horatio,*

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ *ſunt* oculis ſubjecta *fidelibus.*

Cæterum verba *ſuperbis* imaginibus adjunxi, *non mea humilia, ſed* Poëtarum *ſublimia;* priſcorum *quidem optimorum:* noſtræ ætatis (*utinam non ferreæ*) *ſelectiorum & elegantiorum.* Carmen certè

pectus *præceptis* format *amicis.*

& poëta,

aſperitatis *& invidiæ* corrector, *& iræ*
Rectè facta refert; orientia tempora notis
Inſtruit exemplis. *Frue-*

Fruemini ergo, egregii juvenes, egregiis monitis & Exemplis *hiſce* LOQUENTIS *noſtræ* PICTURÆ, & Virtutum *arduam ingredimini ſemitam, dum litteris alacres incumbitis.*

Si verò hæ ad Virtutem viam *vobis* non ſternant (Senecæ *verbis utor*) *ſi* metum non demant, cupiditatem eximant, libidinem frænent; ſi non perducant animum, *ſaltem* expediunt, & *ad accipiendam Virtutem* præparant. *Quid? imò ſic quoque tenerorum* Amorum magiſter:

Ingenuas didiciſſe *fideliter* artes
Emollit mores, *nec ſinit eſſe feros.*

Rudior ætas hodie *quoque vobis* à Muſis nec *blandior* arceat, *nec violentior abſtrahat.* Quid *nobis, clamat ea demens, cum ſterilium litterarum commercio? quid cum intricatarum* linguarum peritia? *quid cum abſtruſarum* rerum cognitione?

Dummodo ſit dives barbarus, *ille* placet.

Bovis *profectò, non hominum, in urbe media natorum, illa* vox. *Sed iam talibus aſſueſcere, pro dolor, noſtræ coguntur aures*, Pecuniâ, *opibus* & *theſauris omnium* animos *alliciente atque* oppugnante.

Pecunia (*ſic elegantiſſimè* Seneca) *ex quo*

quo in honore *eſſe coepit*, verus rerum honor cecidit: mercatores*que* & venales *invicem* facti, *quærimus non quale ſit quidque*, *ſed quanti*. Ad mercedem *pii ſumus*, ad mercedem *impii*. Honeſta, *quamdiu aliqua illis ſpes ineſt*, ſequimur: *in contrarium tranſituri*, ſi plus ſcelera promittant. *Totus* populus *in alia diſcors*, in hoc convenit: hoc ſuſpiciunt, hoc *ſuis* optant, hoc diis *velut rerum humanarum maximum*, *cum grati videri volunt*, conſecrant. *Denique eô mores redacti ſunt ut* paupertas *maledicto probroque ſit*, contempta divitibus, inviſa pauperibus.

Atque hisce, o juvenes, ad PICTURÆ LOQUENTIS *peramoena ſpectacula vos dimitto. Sed heus?* nonne *moleſtis catenatisque meis* laboribus *mihi facti debitores eſtis? verum quid, ſi magna nimis petam. quæ tamen?* Veniam pro laude: *cum quicquid ſcripſerim, non invitis Muſis, volens, lubens, fervens, in veſtrum commodum delectationemque veſtram atque utilitatem, fructumque ſcripſerim*, Errores *illapſos, tum* Typothetarum, *tum quoque* mea negligentia *duriores* & *graviores*

ſub-

ſubinde, *velim* corrigatis, *ſuppleatis*, *tacitive* prætereatis. Præterea, *juſtam gratitudinem*.

Ingrato homine terra nil pejus creat.

Quare Medico *ac* Præceptori (*non mea ſed* Senecæ, *morum ſeveriſſimi cenſoris, hæc oratio: quâ quoque filum noſtræ Præfationis abrumpo*) plus quiddam debeo, *nec adverſus illos mercede defungor? quia ex Medico ac Præceptore* in amicum tranſeunt, & nos *arte*, *quam vendunt*, obligant, *ſed benigna & familiari voluntate &c. In docendo*, laborem & tædium tulit *Præceptor*, præter illa *quæ à præcipientibus in commune dicuntur*, aliqua *inſtillavit ac* tradidit, *hortando bonam* indolem erexit, & *modo* laudibus fecit animum, *modo* admonitionibus diſcuſſit deſidiam. *Tum* ingenium *latens & pigrum*, injectâ (*ut ita dicam*) manu, extraxit: *nec quæ ſciebat, malignè diſpenſavit, quo diutius eſſet neceſſarius, ſed* cupiit, *ſi poſſet*, univerſa transfundere. Ingratus *ſum* (*audite* Senecam, *juvenes*, *audite*) niſi illum *inter gratiſſimas neceſſitudines* diligo.

IN PICTURAM LOQUENTEM, SIVE HEROICA VIRTUTUM ATQUE VITIORUM SPECIMINA.

EXhibet exigua Veterum monumenta papyro
Smitthius, &, Pulchri quæ ſit imago, docet.
Hinc duplicem, Lector, fructum cape: lumina paſcit
Corporis atque animi nam liber iſte tui.

Petrus Francius.

IN

IN
PICTURAM
LOQUENTEM
CL. VIRI
LUDOLPHI SMIDS, M.D.

PAſce oculos, hoſpes, & mentem paſce libellis
  Quos tibi dat gnavâ SMIDIA cura manu.
Utile ineſt dulci: certant doctrina leporque:
  Nec facilè invenies, hæc ſit, an illa, prior.
Talis in omnigenis foecundi floribus horti
  Errat, & errorem dextra amat ipſa ſuam.
Talis in exſtructis apium molimine ceris
  Suavis ab exſucto germine fragrat odor.

JANUS BROUKHUSIUS.

IN

VIRI PRÆSTANTISSIMI DOCTISSIMIQUE

D. LUDOLPHI SMIDS, M. D.

LIBRUM, CUI TITULUS:

PICTURA LOQUENS.

INgenii hæc *Pictura* tui, *Pictura* vocatur
Jure quidem; ac meritò dicitur eſſe *Loquens*:
Muta etenim *Pictura*, & magni CONSULIS icon
Te, Ludolphe, *loqui* Conſule digna facit.
Scilicet ingratæ Pallas tua nomen abhorrens,
Hoc voluit memori retribuiſſe manu.
Sic *Pictura* parit *Picturam*, muta *Loquentem*,
Perge ita ſæpe quidem *pingere*, ſæpe *loqui*.

CORNELIUS VAN ARCKEL.

PIC-

PICTURA LOQUENS.

I.

DEUCALION
ET
PYRRHA,

deleto per aquas humano genere, conſervati.

REdditus orbis erat. quem poſtquam vidit inanem,
Et deſolatas agere alta ſilentia terras,
Deucalion lacrymis ita Pyrrham affatur obortis:
O ſoror! ô conjux! ô fœmina ſola ſuperſtes!
Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
Deinde torus junxit; *nunc ipſa pericula jungunt*!
Terrarum, quaſcunque vident occaſus & ortus,
Nos duo turba ſumus. poſſedit cætera pontus.
Hæc quoque adhuc vitæ non eſt fiducia noſtræ
Certa ſatis; terrent etiam nunc nubila mentem.
Quis tibi, ſi *ſine me* fatis erepta fuiſſes,
Nunc animus, miſeranda, foret? quo *ſola* timorem
Ferre modò poſſis? quo conſolante dolores?
Namque *ego*, crede mihi, ſi te quoque pontus haberet,
Te ſequerer conjux, & *me quoque pontus haberet*!

Ovidius, 1 Metamorph.

E X-



***DEVCALION** et **PYRRHA**, Conſervati.*

EXPLANATIO.

Redditus) Cum mortalium deploratam nequitiam, & horribilem ſuperbiam non ultrò ferret Deorum concilium, tandem placuit *terrarum orbem univerſum* profuſis imbribus *inundare*; adeò ut, opertis aquarum illuvie montium cacuminibus, *major populorum pars abſumeretur*. *Duobus* tamen *exceptis*, Deucalione (cui pater Prometheus) & Pyrrhâ, Epimethei filia. Hi ſervati *arcâ* vel *cymbulâ*; quæ, deleto & extincto jam per aquas univerſo genere humano, in Parnaſſo, (non in Ætnâ Siciliæ, ut *Hyginus*) monte Bœotiæ excelſiſſimo, conſedit. *Ovidius*, 1 Metam. *Hyginus*, 153 Fab. *Juſtinus*, 2 lib. 6 cap.

Deucalion) Furti ſimul atque adulterii meritò à *Lactantio*, *Juſtino*, cœteriſque veteris Eccleſiæ ſcriptoribus, arguuntur Ethnici, quod quæcunque fando audierant de univerſali illo cataclyſmo, h. e. *diluvio Noëtico*, detulêre ad inundationem ſingularem, quæ, plus quam milleſimo poſt illud anno, contigit in Theſſalia, regnante ibidem Deucalione. Videas, præter *Lucianum*, lib. de dea Syr. & *Plutarchum*, lib. de animal. ſolertia, alioſque, *Manilium*; qui ſic 5 lib. Aſtronom.

Sic (oceanus) quondam merſerat urbes;
Humani generis quum ſolus conſtitit *hæres*
Deucalion, *ſcopulo*que orbem poſſedit *in uno*.

Su-

Superſtes) Servati ſcilicet ambo *arcâ*, ſcrinio, capſâ, (λάρναξ & κιβωτὸς, *Plutarcho* & *Luciano*) quam quoque, ipſos vehentem, apud *Octav. Falconerium*, exhibet egregium *numiſma*, in honorem Philippi Imperatoris ab *Apamenis*, in Syria, cuſum. Ubi *perperam* imperiti, propter litterarum ordinem inverſum, ΝΩΕ *legunt*: prout optime nuper à *Steph. le Moyne* demonſtratum eſt.

Pericula) Validiſſimum vinculum; naturæ ſorte, cognationis lege, conjugii fœdere firmius. At inter *amicos veros*, inventu perquam raros; non quales argutiſſimus ille *Petronius* alloquitur:

Cum fortuna *manet*, vultum ſervatis *amici*:
Cum *cecidit*, turpi *vertitis ora* fuga.

Me quoque) Notandum hîc, *in aquis interire* veteres acerbiſſimè tuliſſe; quod *animam* crederent *igneam*, quæ in aquis videbatur extingui poſſe. Unde amorum magiſter, 1 *Triſtium*, 2 eleg.

Non lethum timeo; *genus* eſt *miſerabile* lethi;
Demite *naufragium*, mors mihi munus erit!

II.

PENTHEUS,

à matre diſcerptus.

MOnte ferè medio eſt cingentibus ultima ſylvis
Purus ab arboribus ſpectabilis undique campus
Hic oculis illum cernentem ſacra profanis
Prima videt, prima eſt inſano concita curſu,
Prima ſuum miſſo violavit Penthea thyrſo
Mater; & ô geminæ, clamavit, adeſte ſorores!
Ille aper, in noſtris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper? ruit omnis in unum
Turba furens; cunctæ coëunt, trepidumque ſequuntur,
Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem,
Jam ſe damnantem, jam ſe peccaſſe fatentem...
Dextramque precantis
Abſtulit. Inoo lacerata eſt altera raptu.
Non habet infelix, quæ matri *brachia* tendat;
Trunca ſed oſtendens dejectis vulnera membris,
Aſpice, *mater*! ait. viſis ululavit Agave,
Collaque jactavit, crinemque per aëra movit.
Avulſumque caput digitis complexa cruentis
Clamat, ïo comites, opus hoc victoria noſtra eſt.
Non citius frondes autumni frigore tactas,
Jamque malè hærentes altâ rapit arbore ventus,
Quam ſunt membra viri manibus direpta nefandis.

Ovidius, 3 Metamor

EX



PENTHEVS, a Matre diſcerptus.

EXPLANATIO.

Monte) Pentheus, Echionis Thebani ex Agave filius, *Liberum patrem* negavit eſſe *Deum*, ejusque idcirco ſacra & myſteria admittere recuſavit: verum ob hoc Agave *mater* cum ſororibus, Ino & Autonoë, per inſaniam à Libero objectam, *eum*, in Cythærone monte ubi, ſpectaturus orgia, conſcenderat arborem, *membratim laceravit. Hyginus*, 184 Fab. *Ovidius*, 3 Metam. *Euripides*, in *Bacch. Nonnus*, 46 *Dionyſiac. Theocrit.* 26 eclog.

Monte) Cythærone ſcilicet; qui *mons* & ſaltus Bæotiæ, fabulis carminibusque celeberrimus, Muſis, Apollini, ut & *Libero Patri ſacer*; unde & ibidem ipſius orgia, ſive ſacrificia nocturna celebrabant. ejus radices Aſopus amnis alluit. *Strabo*, 9 lib. *Plinius*, 4 lib. 7 cap. *Mela*, 2 lib. 10 cap. Meminit ejus, præſertim *Virgilius*, 4 *Æneid.* de *Didone* furente.

Qualis commotis excita ſacris
Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica *Baccho*
Orgia, *nocturnus*que vocat clamore *Cythæron.*

Sacra) Orgia nempe, tertio quoque anno celebrata; ſic dicta ἀπὸ τῶν ὀρῶν, quod *in montibus* ut plurimum fierent; vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, ob Bacchantium *furorem. Servius* ad *Virgilii*, 4 *Æneid.*

Thyrſo) Macrobio (1 Saturnal. 19 cap. eſt

eſt latens *telum*, *cujus mucro hederâ* lambente *protegitur*; quod *Bacchi* exercitus in Indiâ, ad decipiendos Indorum rudes animos, belloque inidoneos, geſtavit; cui & ipſe in Nummis, apud Triſtanum, innititur. Res nota; de eâ enim *Ovidius*, 3 Metam.

Pampineis agitat *velatam frondibus* haſtam.

& *Virgilius*, de *Daphni*, 5 eclog.

Daphnis & Armenias curru ſubjungere tigres
Inſtituit, Daphnis Thyaſos inducere *Baccho*,
Et *foliis* lentas *intexere mollibus* haſtas.

Jactavit) Solenne *Bacchis*; quæ thyrſum quatientes, pellibus accinctæ, crine fluxo, *caput jactantes*, quaſi inſanientes paſſim vagabantur; unde & Mænades i. e. *furentes* dictæ: *Tacitus*, 11 Annal. 31 cap. loco notabili, de *Meſſalina* bacchante. *Catullus*, in Nupt. *Pel.* & *Thetid.*

Qui tum alacres paſſim, lymphata mente furebant,
Evoe bacchantes, Evoe *capita inflectentes.*

Inſpiciatur *Petri Sancti Bartholi* marmorum, 50 tab.

III.

HELLE,

in aquas decidens.

SEminibus toſtis ſceleratæ fraude novercæ
Suſtulerat nullas, ut ſolet, herba comas.
Mittitur ad tripodas, certa qui ſorte reportet
Quam ſterili terræ Delphicus edat opem.
Hic quoque corruptus cum ſemine nuntiat *Helles*
Et juvenis *Phryxi funera* ſorte peti.
Uſque recuſantem cives, & tempus, & Ino
Compulerant regem juſſa nefanda pati.
Et ſoror & Phryxus, velati tempora vittis
Stant ſimul *ante aras*; junctaque fata gemunt.
Adſpicit hos, ut forte pependerat æthere mater,
Et ferit attonitâ pectora nuda manu.
Inque draconigenam nimbis comitantibus urbem
Deſilit; & natos eripit inde ſuos.
Utque fugam capiant *aries nitidiſſimus auro*
Traditur. ille vehit per freta longa duos.
Dicitur infirmâ cornu tenuiſſe ſiniſtrâ
Fœmina; cum de ſe nomina fecit aquæ.
Pænè *ſimul periit* dum vult ſuccurrere lapſæ
Frater, & *extentas porrigit* uſque *manus.*

Ovidius, 3 Faſtor.

EX-



HELLE, in aquas decidens.

3

EXPLANATIO.

Noverca) Ino Cadmi & Harmoniæ filia, cum Phryxum & Hellen, Athamantis è Nephele filios, interficere vellet, iniit conſilium cum totius generis matronis, & conjuravit, ut *fruges* in ſementem, quas darent, *torrerent*, ne naſcerentur: ita ut cum ſterilitas & *penuria frugum* eſſet, civitas tota partim fame partim morbo interiret. De ea re Delphos mittit Athamas ſatellitem. Cui Ino præcepit, ut falſum reſponſum ita referret: ſi Phryxum immolaſſet Jovi, peſtilentiæ fore finem. Quod cum Athamas ſe facturum abnuiſſet, Phryxus ultrò ac libens pollicetur ſe unum civitatem ærumnâ liberaturum. At cum ad aram infulatus eſſet adductus, Nephele apparens eum abripuit, *arietem inauratum* adduxit, eumque natos aſcendere, & Colchos ad regem Æetam, Solis filium tranſire, ibidemque arietem Marti immolare juſſit. Quo cum aſcendiſſent, & *aries* eos *in mare detuliſſet*, Helle, perterrita undarum ſtrepitu, ex eo decidit, & ſubmergens ponto cognomen addidit. Phryxus Colchon appulit. Ibi matris præceptis arietem immolavit, *pellem*que ejus *inaüratam* in templo Martis *ſuſpendit*. *Hyginus*, 2 & 3 Fab. *Ovidius*, 3 Faſt.

Tripodas) i e. Apollinis oraculum. Eſt enim *tripus*, *quem* (in templo Apollinis Delphici, ad Par-

Parnaſſum montem) *ſpecui* profundæ *impoſitum*, carmina pronuntiatura *conſcendebat Pythia*. *Strabo*, 9 lib. *Diodorus*, 16 lib. *Lucanus*, 5 *Pharſal*. *Cortinam* vocat *Virgilius*, 6 (ut & 3) *Æneid*.

Neque te Phœbi *cortina* fefellit,
Dux Anchiſiade.

Exhibet eum *Goltzius* diverſimodè, in Nummis *Calydoniorum*, 7 tab. *Phocenſium*, 8 Tab. *Meſſeniorum*, 10 Tab. *Macedonum* & *Pellæorum*, 22 tab. &c.

Corruptus) Ita Demoſthenes, audire vatum reſponſa non paſſus, *Pythiam* (Delphicam) *cum Philippo* rege *colludere* ſuſpicionem injicit, apud *Plutarchum*, in *Demoſth*.

Vittis) *Victimarum* ea ſolennia *ornamenta*; quarum in ſacrificiis quoque meminêre *Virgilius*, 3 Georgic. & 1 *Æneid*. *Seneca*, in *Thyeſt*. *Juvenalis*, 12 ſat. *Ovidius*, 7, & 15 Metam. ut & 3 *Pont*. 2 eleg. ubi ſic de *Iphigeniâ*, Oreſtem & Pyladem ad aras deducente :

Protinus immitem Triviæ *ducuntur ad aram*,
Evincti geminas *ad* ſua *terga manus*.
Sparſit aqua captos *luſtrali* Graia ſacerdos,
Ambiat ut fulvas infula longa comas.
Dumque parat ſacrum, dum *velat tempora vittis*.

AN-

IV.

ANDROMEDA,

belluæ marinæ objecta.

ILlic *immeritam* maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas injuſtus juſſerat Ammon.
Quam ſimul *ad duras religatam* brachia *cautes*
Vidit Abantiades; niſi quod levis aura capillos
Moverat, & tepido manabant lumina fletu,
Marmoreum ratus eſſet *opus.* trahit inſcius ignes,
Et ſtupet, & viſæ correptus imagine formæ,
Pænè ſuas *quatere* eſt *oblitus* in aëre *pennas*...
Cum ſubito juvenis pedibus tellure repulſâ
Arduus in nubes abiit. ut in æquore ſummo
Umbra viri *viſa* eſt, viſam fera *ſævit in umbram.*
Ovidius, 4 Metam.

AT ſimul infeſti ventum eſt ad littora ponti,
Mollia *per duras panduntur brachia cautes.*
Adſtrinxêre pedes ſcopulis, *injectaque vincla,*
Et cruce virgineâ moritura puella pependit.
Servatur tamen in pœnâ vultuſque pudorque.
Supplicia ipſa decent. niveâ cervice reclinis
Molliter ipſa ſuæ cuſtos eſt ſola figuræ.
Defluxêre ſinus humeris, fugitque lacertos
Veſtis, & effuſi ſcopulis hæſêre capilli.

Te



ANDROMEDA, Belluæ obiecta.

Te circum *alcyones pennis planxêre* volantes,
Fleveruntque tuos miſerando carmine caſus,
Et tibi contextas umbram fecêre per alas.
Ad tua ſuſtinuit fluctus ſpectacula pontus,
Aſſuetaſque ſibi deſiit perfundere ripas. . .
Tandem Gorgonei victorem Perſea monſtri
Felix illa dies redeuntem ad littora duxit.
Isque ubi *pendentem* vidit *de rupe puellam*
Diriguit facie.

Manilius, 5 Aſtronomic.

EXPLANATIO.

Immeritam) Perſeus, Jovis ex Danaë filius, per Æthiopiam iter faciens, poſtquam Andromedam *propter* Caſſiopeæ *matris ſuperbiam* (quæ ſe Nereïdum nympharum pulchritudini prætulerat) *ſaxo alligatam*, ac marinæ *belluæ objectam* vidit, captus ejus ſpecie exarſit. Faciens ergo pactionem cum Cepheo, Æthiopum rege, & Caſſiopeâ, puellæ parentibus, ut ſi belluam interemiſſet, ea ſibi matrimonio traderetur, confeſtim cetum telis confodit. *Euripides*, in *Andromed.* *Ovidius*, 4 Metam. *Manilius*, 5 Aſtronom. *Philoſtratus*, Icon. 1 lib. *Pauſanias* in *Corinth.* *Lucianus*, lib. de dom. & colloq. *Nereïd.* *Achilles Tatius*, amor. *Clitiph.* & *Leucip.* 3 lib.

Ammon) *Juppiter*, ita cognominatus ab ἄμμȣ, quod in Cyrenaïcâ, *regione Lybiæ* maximè *arenoſâ*, illi templum ſit conditum. Cultus autem

arie-

arietinâ formâ, umbriculo, h. e. *arieti* villoſo ſimilis. *Curtius*, 4 lib. 7 cap. Videatur *Servius*, ad 4 *Æneid.* & *Hyginus*, Aſtron.poët.cap. de Ariete. Interim de hoc Jove *Lucanus*, 9 *Pharſal.*

Stat *corniger* illic
Juppiter, ut memorant; ſed non aut fulmina vibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed *tortis cornibus Ammon.*

Cautes) *Saxum* (videas *Petr. Sanct. Bartholi* marmorum, 60 tab.) pro puellæ magnitudine *excavatum*; prout etiam in elegantiſſimâ Euanthæ pictoris tabulâ oculis exhibet tener ille *Achilles Tatius*, de Clitiph.& Leucip. amor. 3 lib. Id *Saxum*, ei præjacens, oſtentabat, adhuc vigente Romanorum imperio, Joppe, oppidum Palæſtinæ, *vinculorum* Andromedæ *veſtigia retinens. Plinius*, 5 lib. 13 cap. *Solinus*, 47 cap.

Marmoreum.) Candidum certè; licet *Ovidius*, Andromedam depingat, 2 & 3 lib.de Arte, *fuſcam*; quinimo & 15 Heroid.epiſt.ubi ſic Sappho Phaoni:

Candida ſi *non* ſum, placuit Cepheïa Perſeo
Andromede, patriæ *fuſca* colore ſuæ.

Fera.) Cujus belluæ marinæ *oſſa* immania Marc. Scaurus, inter alia miracula, ædilitate ſuâ *Romæ publicavit.* Continentur quoque veracibus libris menſuræ; ſcilicet quod *coſtarum longitudo* exceſſerit *pedes quadraginta*, excelſitas elephantis Indicis fuerit eminentior. porro *Verticuli ſpinæ* ipſius *latitudinem ſemipedem* ſunt ſupergreſſi. *Solinus*, & *Plinius*, locis modò notatis; *Mela* 1 lib. 6 cap.

V.

DIRCE,

à tauro raptata.

TEſtis erit Dirce tam vero crimine ſæva
  Nyctεos Antiopen accubuiſſe Lyco.
Ah quoties pulchros uſſit regina capillos,
  Molliaque immites *fixit in ora manus.*
Ah quoties *famulam* penſis *oneravit* iniquis,
  Et *caput* in durâ *ponere* juſſit *humo.*
Sæpe illam *immundis* paſſa eſt *habitare latebris*;
  Vilem jejunæ ſæpè *negavit aquam.*
Juppiter! Antiopæ nuſquam ſuccurris, habenti
  Tot mala? corrumpit dura catena manus.
Si deus es, tibi turpe tuam ſervire puellam.
  Invocet Antiope quem niſi vincta Jovem?
Sola tamen, quæcunque aderant in corpore vires,
  Regales *manicas rupit* utrâque manu.
Inde Cythæronis timido pede currit in arces.
  Nox erat, & ſparſo triſte cubile gelu.
Sæpe vago *Aſopi ſonitu permota* fluentis
  Credebat dominæ *pone venire* pedes.
Et durum Zethum, & lacrymis Amphiona mollem
  Experta eſt ſtabulis mater abacta ſuis...
Sera tamen pietas, *natis* eſt *cognitus error.*
  Digne Jovis natos qui tueare, ſenex.



DIRCE, à tauro raptata.

Tu reddis pueris matrem; *pueri*que trahendam
Vinxerunt Dircen *ſub* trucis *ora bovis*.

Propertius, Amor:3 lib:13 imag:

EXPLANATIO.

Antiopen.) Ea Nyctei (Regis in Bæotiâ) filia, ab Epapho Sicyonio per dolum ſtuprata, à viro ſuo patruoque Lyco ejecta. Hanc deſtitutam compreſſit Jupiter. Lycus Dircen in matrimonium duxit, cui ſuſpicio incidit, virum ſuum cum Antiopa clam concubuiſſe. Itaque famulis imperavit, ut eam in tenebris vinctam clauderent. Cui poſtquam partus inſtabat, effugit è vinculis, in montem Cythæronem. Cumque partus premeret, & quæreret ubi pareret, dolor eam in ipſo bivio coëgit partum edere. Quos paſtores pro ſuis educarunt, & alterum Zethum, alterum Amphionem appellarunt. Sed, ut alii memorant, ea vincta in Cythæronem eſt adducta, ibidemque poſt partum relicta. Filii à paſtoribus educati. poſtmodum ea Dircæ in cruciatum data. occaſione tamen nactâ (vinculis nempe ſponte ſolutis) fugæ ſe mandavit, & ad filios devenit. Ex quibus Zethus, credens fugitivam, non recepit. In eundem locum Dirce per Bacchationem Liberi delata eſt; quæ repertam Antiopam ad mortem extrahebat. Sed ab educatore paſtore adoleſcentes certiores facti eam eſſe matrem ſuam, celeriter conſecuti matrem, eripuerunt. Dircen ad taurum crinibus religatam, necant. *Hyginus*

ginus, 7 & 8 Fab. *Pauſanias*, 8 lib. *Stephanus*, in *Hyſia*. *Euripides*, in *Antiopa*. *Apollodorus*, 3 lib. variante paullum narratione.

Juppiter) Qui, mutatus *in Satyrum*, puellam compreſſerat. *Ovidius*, 6 Metam. de texente Arachne:

Addidit, ut *Satyri celatus imagine*, pulchram
Juppiter implevit gemino Nicteïda fœtu.

Aſopi) Qui Bæotiæ fluvius, *Cythæronis radices alluens*, *Thebas*, *Plataas*, ac *Tanagram præterfluit*. *Strabo*, 9 lib.

Natis) *Zetho* ſcilicet, qui paſtor & armentarius, moribus quoque erat ruſticis, *durus*, *inclemens*; & *Amphione*, qui citharœdus, ingenio *mitior* & *humanior*. *Horatius*, 1 lib. 18 epiſt. de amicitiâ conſervanda, ad Lollium.

Vinxerunt) Meminit & hujus *ærumnoſi ſupplicii* lepidiſſimus noſter *Plautus*, Pſeudol. 1 act. 2 ſcen.

Niſi carnaria tria grandia tergoribus oneri uberi hodiè (*duo gnatos*
Mihi erunt, cras quaſi *Dircen* olim memorant
Jovis devinxe ad taurum, ita hodiè ſtringam ad *carnarium*: id tibi
Profectò *taurus* fiet.

Bovis) Dirces punitæ è *marmore*, inter cætera opera, artificioſa & nobilia, meminit ita *Plinius*, 36 lib. 5 cap. *Zethus* & *Amphion* ac *Dirce* & *taurus*, *vinculumque ex eodem lapide*, Rhodo advecta opera *Apollinii* & *Tauriſci*. Inſpicias marmorum vulgatorum à *Joach. Sandrart*, Academ. *Germanic.* 2 Tom.

VI.

PHILOMELA,

vim paſſam indicans.

REx Pandione natam
In ſtabula alta trahit, ſylvis obſcura vetuſtis.
Atque ibi pallentem, trepidamque & cuncta timentem,
Et jam, cum lacrymis, ubi ſit germana, rogantem
Includit; faſſuſque nefas, & virginem, & unam
Vi ſuperat. . .
Quo fuit accinctus vaginâ liberat enſem:
Arreptamque coma, flexis poſt terga lacertis
Vincla pati cogit. jugulum Philomela parabat:
Spemque ſuæ mortis viſo conceperat enſe.
Ille indignantem, & nomen patris uſque vocantem,
Luctantemque loqui, comprenſam forcipe linguam
Abſtulit enſe fero. . . .
Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit:
Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo;
Os mutum facti caret indice. grande doloris
Ingenium eſt; miſeriſque venit ſolertia rebus.
Stamina barbarica *ſuſpendit candida* telâ;
Purpureaſque *notas filis intexuit* albis,
Indicium ſceleris; perfectaque *tradidit uni*;



PHILOMELA, vim paſſam indicans.

Utque ferat dominæ *geſtu rogat.* ille rogata
Pertulit ad Prognen; nec ſcit quid tradat in illis.

Ovidius, 6 Metamor.

EXPLANATIO.

Pandione) Tereus, Martis filius, Thracum rex, *auxilia* multis *tulerat regibus*; etiamque *Pandioni* Athenis regnanti, cum à proximis oppugnaretur, *non defuit.* Propter officium ſibi præſtitum, *Pandion Prognen* filiam *Tereo in matrimonium dedit.* Progne deportata in mariti regnum, ex intercapedine Philomelam *ſororem deſiderabat.* Petiit igitur à Tereo, ut ſororem ſibi adduceret. Rex Athenas profectus, tandem *Philomelam*, ab invito parente vix impetratam, *avexit.* Verum *eam* in Thraciam quidem duxit, ſed *vi correptam ſtabulo incluſit.* Nempe ut ſæpius ad eam commeare, ipſiusque amore frui poſſet. Sed hæc minabatur ſe vim ſibi crudeliſſimè illatam omnibus patefacturam. Sic Tereus *ei linguam præcidit*, & conjugi, ſororem jam mortem oppetiiſſe, mentitus eſt. Philomela vero *in peplum facinus intexuit*, & *illud* ad ſororem *perferendum* curavit. *Ovidius*, 6 Metam. *Hyginus*, variante narratione, 45 fab. *Achilles Tatius*, Eroticor. 5 lib. in eleganti tabellâ. *Nonnus*, 4 & 12 *Dionyſiacor.* Anthologia *Græc.* 1 lib. 9 cap.

Notas) Litterarum nempe, *rei narrationem.* Videas in Anthologiâ, loc. cit. qualia verba ſcripſiſſe potuerit Philomela ad ſororem. Vel *picturam*;

quam

quam pulcherrimè, loc.dic.deſcribit *Achilles Tatius.*

Intexuit) Priſcis *picturæ* veſtimentorum vel *pectine texebantur*, vel *acu pingebantur*; quod erat Phrygiorum & Babyloniorum, ut illud Alexandrinorum inventum. *Plinius*, 8 lib. 48 cap. *Martialis*, 14 lib. 150 epigr. de ſtragulis polymitis:

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt
Pectine Niliaco jam Babylonis *acus.*

iterumque de Babylonicis aulæis, 8 lib. 28 epigr.

Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbè
Texta, Semiramiâ quæ *variantur acu.*

Eæ autem veſtium *textur*æ præſertim heroïnarum, nobiliumve *matronarum manibus factæ. Curtius*, 5 lib. 2 cap. de Alexandri veſte. *Herodotus*, 7 lib. de Xerxis amiculo. *Virgilius*, 3 *Æneid.* de Andromacha. & 4 *Æneid.* de Didone. *Ovidius*, 2 Faſtor. de Lucretia. *Claudianus*, 1 Rapt. de Proſerpina; præter eundem, de conſ. Olybr. & epigr. de equo Honor. *Flaccum*, 5 *Argonautic. Silium*, 7 B. *Punic.* &c.

At en *texturæ* deſcriptionem accuratiſſimam & elegantiſſimam, ex *Ovidii* 6 Metam.

Conſiſtunt diverſis partibus ambæ,
Et gracili geminas intendunt ſtamine *telas.*
Tela *jugo* juncta eſt. *ſtamen* ſecernit *arundo.*
Inſeritur medium *radiis ſubtemen* acutis,
Quod digiti expediunt; atque inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſerto *pectine dentes.*

VII.

JASON,

vellere aureo potito triumphans.

PErvigilem *ſupereſt* herbis *ſopire draconem.*
Qui criſtâ, linguiſque tribus præſignis, & uncis
Dentibus horrendus, *cuſtos erat arboris* aureæ.
Hunc poſtquam ſparſit Lethæi gramine ſucci,
Verbaque ter dixit placidos facientia ſomnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina ſiſtunt;
Somnus in ignotos oculos ubi venit, & *auro*
Heros Æſonius *potitur*, *ſpolio*que *ſuperbus*,
Muneris autorem ſecum, ſpolia altera, portans,
Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus.

Ovidius, 7 Metam.

COrripit optatum decus, *extremum*que *laborem*
Æſonides; *longos*que ſibi *geſtata per annos*
Phryxeæ *monumenta* fugæ vix *reddidit arbor*
Cum gemitu, triſteſque ſuper coïere tenebræ.
Egreſſi relegunt campos, & fluminis ora [tem
Summa petunt. *micat* omnis ager, villiſque coman-
Sidereis totos pellem nunc fundit in artus,
Nunc in colla refert, nunc implicat ille ſiniſtræ.
Talis ab Inachiis Nemeæ Tirynthius antris
Ibat, adhuc aptans humeris, capitique leonem.

Valer. Flaccus, 8 *Argonaut.*



IASON, vellere aureo potito triumphans.

EXPLANATIO.

Autorem) Pelias, Neptuni filius, oraculo monitus erat ut ſibi caveret ab eo, qui monocrepis, h.e. *cum altero* tantum *calceo*, ad ſe veniret. Jaſon, *Æſone* Theſſalo *natus*, jam grandior, fortè in ripâ Anauri, (Eveni potius) offendit Junonem, (propter intermiſſa ſacra Peliæ iratam) oberrantem, verum immutatâ facie: quam ſuſcipiens humeris in ulteriorem ripam tranſtulit; *calceamento* in flumine *relicto*: *quod*, ut celeriter ad annua ſacra, quæ patruus Neptuno parabat, veniret, *neglexit*. Ille, memor oraculi, veritusque ne à Jaſone interficeretur, mandavit ei *expeditionem Colchicam*, ad arietis Phryxæi vellus aureum apportandum, ſperans ab aliquo occiſum iri, aut certè tempeſtatibus æquoreis interiturum. Monitis hujus auſcultans Jaſon, collectâ non exiguâ Græciæ juventute, & Argo navi fabricatâ, profectionem inſtituit. Ut autem Æetæ, Solis filii, regiam contigit, *Medea*, regia filia, ejus pulchritudine, permota, occultam ei rapiendi velleris *artem communicavit*. *Tauros* mox, ignem ſpirantes, armatoſque milites, terrigenas, & *draconem* pervigilem, *vellus* aureum ſimul cuſtodientes, carminibus ſuis juveni parere coëgit; adeò ut *tauri* ſe jugo ſubmitterent, *armatorum manus*, in ſe converſa, mutuo bello conciderent, *draconis* oculi ſomno implicarentur. Et hiſce peractis

actis Jaſon, *ablato vellere*, unà cum Medeâ, Corinthum abiit. *Hyginus*, 12, 13 & 35 Fab. *Apollonius*, & *Valer. Flaccus*, in *Argonauticis*, *Euripides* & *Seneca*, in *Med. Ovidius*, 12 *Heroid.* epiſt. *Medeæ. Pindarus*, 4 *Pythior. Diodorus*, 5 lib. &c. *Juſtin.* 42 lib. 2 cap.

Autorem) Medeam; quæ & *ei aſſiſtit in* vetuſto *marmore* Pighiano, apud *Laurent. Begerum*, Spicileg. Antiquitat. 4 part. 120 pag.

Monumenta) Sed quæ & qualia? Arietem, verè *aureâ pelle* inſignem; ſaltem *purpureum*? agnum *aureum?* aureamve *phialam*, cui inſertus prominens *caper?* *aurifodinas*, aurique ramenta fluminibus devecta, velleribus excepta? *librum* denique membranaceum, ex arietum pellibus contextum, *qui auri* per chymiam *conficiendi artem contineret*? Inſpiciantur *Apollonius*, *Catullus*, *Strabo*, *Herodotus*, *Athenæus*, *Suidas*, & alii. &c.

Tirynthius) Hercules, Nemæi leonis victor, à patria *Tirynthq*, Argis vicina civitate. Sic præter *Maronem*, 7 Æneid. *Naſo*, 2 Faſtor.

Forte comes dominæ juvenis *Tirynthius* ibat;
Vidit.

& mox:

Cætera tentantem cubito *Tirynthius* heros
Reppulit.

VIII.

VIII.

MEDEA,

liberos perimens.

JAm, jam recepi ſceptra, germanum, patrem;
Spoliumque Colchi pecudis auratæ tenent;
Rediêre regna. rapta virginitas redit.
O placida tandem numina! ô feſtum diem!
O nuptialem! vade. perfectum eſt ſcelus,
Vindicta nondum. perage dum facinus manu.
Quid nunc moraris, anime? quid dubitas? potes.
Jam cecidit ira. pœnitet, facti pudet.
Quid, miſera, feci? miſera, pœniteat, licet:
Feci. voluptas magna me invitam ſubit;
Et ecce creſcit. *deerat* hoc unum mihi,
Spectator ipſe. nil adhuc factum reor.
Quicquid *ſine iſto* fecimus ſceleris, periit....
Congere extremum tuis
Natis, Jaſon, funus, ac tumulum ſtrue.
Conjux ſocerque juſta jam funeris habent
A me ſepulti: natus hic fatum tulit.
Hic *te vidente dabitur exitio* pari.

Seneca, *Med.* Tragœd.
5 act. poſtrem. ſcen.



MEDEA, liberos perimens.

EXPLANATIO.

Spectator) Jaſon, Pelia patruo Medeæ dolis interfecto, criminis atrocitate concitatus, (niſi & alia de cauſâ) *Medeam repudiavit*, & *Glaucen* (quæ & Creuſa) Creontis Corinthiorum regis filiam, in uxorem *aſſumpſit*. Furibunda illa deſponſatæ *pallam*, aliaque *munera venenis* magicis *infecta* mittit. Quibus indutis *ignem corripuit palla*, miſerèque *exarſit nova nupta*, una cum patre, in natæ auxilium accurrente. Mox Medea *filios*, (hi duo aliis, aliis quatuor) quos Jaſoni pepererat, in patris conſpectu *trucidat*, & per aëra curru vecta, aufugit. *Euripides* & *Seneca*, in dramat. *Ovidius*, 7 Metam. *Hyginus*, 26 Fab.

Sceleris) Pauſanias affirmat (in Corinthiac.) Mermerum & Pheretem, *filios*, à matre relictos, in ipſius odium, *à Corinthiis lapidibus obrutos*: dum *Euripidem*, ab iiſdem Corinthiis quinque talentis *corruptum*, *cædem* illam in *Medeam tranſtuliſſe* narrat ipſius explanator. Porro *Medea* illius egregia licet imperfecta erat *pictura*, Timomachi Byzantii opus, *quam*, unà cum Ajacis imagine octoginta talentis venundatam, *poſuit in æde Veneris* genitricis *Cæſar* Dictator. *Plinius*, 35 lib. 11 cap. Unde & *in eam* plura *epigrammata* apud Græcos, in *Anthologiâ*. Hoc autem eſt *Auſonii* 129.

Me-

Medeam vellet quum pingere Timomachi mens,
Volventem in natos crudum animo *facinus.*
Immanem exhauſit rerum in diverſa laborem,
Fingeret *affectum matris* ut *ambiguum.*
Ira ſubeſt *lacrymis*, *miſeratio* non caret *irâ.*
Alterutrum videas ut ſit in alterutro.
Cunctantem ſatis eſt. nam digna eſt ſanguine mater
Natorum; tua non dextera, Timomache!

Cui & ſubnectas ſequens è citatâ *Anthologiâ*, ingenioſum & ſuave, ab *Angelo Politiano* (nolo nunc *Alciati*) Latinè expreſſum, de *hirundine*, *in Medeæ ſtatuâ nidulante*:

Medeæ ſtatua eſt, miſella hirundo,
Sub quâ ædificas: *tuoſ*ne *credas*
Huic natos, rogo, *quæ ſuos necavit?*

Videas quoque Medeam vindicantem in Pighiani marmoris ſegmentis reliquis, apud eundem *Begerum*, Spicileg. Antiquitat. 4 part. 125, 128, & 130 pag.

IX.

THESEUS,

à patre agnitus.

EXcipit hanc Ægeus, facto damnandus in uno:
Nec ſatis hoſpitium eſt; thalami quoque foedere jungit.
Jamque aderat Theſeus *proles ignara parenti*;
Et virtute ſua bimarem pacaverat Iſthmon.
Hujus in exitium miſcet *Medea*, quod olim
Attulerat ſecum Scythicis aconiton ab oris . . . .
Ea conjugis aſtu
Ipſe parens Ægeus nato porrexit; ut hoſti.
Sumpſerat ignarâ *Theſeus* data *pocula* dextrâ;
Cum *pater* in capulo gladii *cognovit* eburno
Signa ſui generis; *facinuſ*que *excuſſit* ab ore.
Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

Ovidius, 7 Metamorph.

EXPLANATIO.

Hanc) Medeam; quam, Corintho relictâ, Athenis ingreſſam, hoſpitioque ſuſceptam, Ægeus rex matrimonio ſibi junxit. At inter hæc Theſeus, Ægei ex Æthrâ filius, quem nunquam antea viderat pater, errore & laboribus plenus, habitu virgineo (veſte ſcilicet talari, comâque plexa. *Pauſanias*, in *Attic.*) advenit. *Medea* heroëm verita, (quippe regni ſucceſſionem in filium Medum, quem Ægeo pepererat, deſcenſuram ſperabat.) protinus *ei venenum parat. pater* ipſe illud hoſpiti *offert*. verum gladium ſuum, quem apud Æthram re-



THESEVS, à patre agnitus.

reliquerat, agnoſcens filium quoque invenit, & ſalutavit. *Plutarchus*, in *Theſ.* *Ovidius*, Metam. lib. cit. &c. apud *Joh. Meurſium*, in *Theſeo.*

Theſeus) Quaſi θέσις, *depoſitio.* Ægeus enim ab Æthra, Pithei filia, diſcedens, *gladium* & calceos ſub ingens ſaxum *depoſuit*, mandatum dedit, ut ſi *filium* peperiſſet, *adultum* eum (nempe cum ſublato ſaxo *depoſita valeret eximere*) clanculum (ne regno inſidiantium Pallantidarum injuriis ſeſe exponeret) *ad ſe mitteret.* *Plutarchus*, loc. cit. Rem jucundiſſimè illuſtrat ſardus, *gemma* apud ſuprà dictum *Begerum*, Theſaur. è Theſaur. 61 pag. in eâ enim, *nudus* planè, *ingenti niſu* (ita ut venti chlamydem ventilent, & pileum auferant) *ſaxum* illud ingens *removet*, abditaque ſub eo *ſigna* ſui generis, *invenit.*

Bimarem) Quia, anguſtiſſimâ terrâ, *Ægeum* mare *ab Ionio ſeparat.* unde *Lucanus*, 1 *Pharſal.*

Qualiter *undas*
Qui ſecat, & geminum *gracilis* mare ſeparat *Iſthmos*,
Nec patitur conferre fretum; ſi terra recedat
Ionium Ægæo frangat *mare.*

videas & *Senecæ Thyeſt.* 1 act. 111 verſ.

Pacaverat) Interimendo *latrones*, Periphetam, Procruſtem, Cercyonem, Sinin, & Scyronem; quia *viatores* & hoſpites, circa Iſthmon, regionemque Atticam, miris modis *vexatos*, crudeliſſimè *necaverant.* Videantur *Diodorus*, 5 lib. *Pauſanias*, in *Attic.* *Strabo*, geograph. 9 lib. præſertim tamen efferatum illum *taurum*, circa *Marathonem*, At-

ticæ

ticæ oppidum, incolas & armenta infeſtantem. *Ovidius*, Metamorph. lib. cit. Unde forſan juvenili facie, *taurinis exuviis velatus*, in gemmâ conſpicitur apud *M. Ant. Canini*, 85 imag.

Pocula) Fortè *chryſendeta*, cruſtis aureis atque inſertis emblematibus exornata; vel & *gemmata*; de quibus *Plinius*, in *præfat* 33 lib. *Turba gemmarum* potamus, & *ſmaragdis* teximus *calices*; ac temulentiæ cauſa tenere Indiam juvat; & *aurum* jam *acceſſio* eſt. *Martialis*, 14 lib. 109 epigr.

Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus *aurum*
Adſpice quod digitos exuit iſte *calix*.

adde *Virgilium*, 2 georgic. & *Juvenalem*, 5 ſat.

Signa) *Cicadam* fortaſſe Atticam, capulo inſculptam. Eo etenim inſigni & ſymbolo ſeſe αὐτόχθονας, terræ ſuæ *indigenas*, eſſe volebant oſtendere *Athenienſes*; plerumque vertice vel fronte geſtantes *cicadas* aureas. Hinc *Virgilius*, in Ceiri, de Niſo: *Athenienſium rege*:

Ergò omnis caro reſidebat cura *capillo*;
Aurea ſolenni comptum quoque fibula, ritu
Mopſopio, tereti *nectebat dente cicadæ*.

& *Seneca*, in Hippolyt. de *enſe* juvenis hujus, *Theſei* filii:

Regale *parvis* aſperum *ſignis* ebur
Capulo refulget *gentis Actææ decus*.

Addantur *Thucydides*, *Philoſtratus*, *Ariſtophanes*, *Ælianus*, *Nonnus*, *Greg. Nazianzenus*, *Clem. Alexandr.* alii.

X.

ARIADNE,

in cœlum recepta.

JAm deus in *curru*, quem ſummum texerat uvis,
 Tigribus adjunctis aurea lora dabat.
Et color, & Theſeus, & vox abiëre puellæ;
 Terque fugam petiit, terque retenta metu eſt.
Horruit, ut ſteriles, agitat quas ventus, ariſtæ;
 Ut levis in madidâ canna palude premit.
Cui deus, en adſum tibi cura fidelior, inquit,
 Pone metum; *Bacchi* Gnoſſias *uxor eris*.
Munus *habe coelum*; cœlo ſpectabere ſidus.
 Sæpe reges dubiam, Creſſa puella, ratem.
Dixit, & *è curru*, ne tigres illa timeret,
 Deſilit. impoſito ceſſit arena pede.
Implicitamque ſinu (neque enim pugnare volebat)
 Abſtulit.

Ovidius, 1 Art. Amand.

EXPLANATIO.

Deus) Minos, Jovis & Europæ filius, Cretenſis rex, ob Androgeum filium ab Athenienſibus doloſè occiſum, illos tandem poſt acria bella coëgit, ut ſibi pœnas penderent, & quidem quotan-



ARIADNE, in cœlum recepta.

annis pueros ſeptem, totidemque virgines mitterent, ut Minotauro, quem arte Dædali Paſiphaë genuerat, dum maritus ipſius cum Athenienſibus bellum gereret, devorandi traderentur. Cum verò ſors Theſeo obtigiſſet, ab Ariadne, regis filia, edoctus eſt, quonam pacto, Minotauro cæſo, ex labyrinthæis ambagibus egrederetur. *Theſeus* autem *cum Ariadne* & Phædra, ſororibus, Cretâ diſcedens, *in* inſulam *Naxon* eſt *delatus.* Ibi monitus eſt à Baccho, ut *relinqueret Ariadnen*: qui timore dei perculſus, dum altiſſimo ſomno preſſam animadverteret puellam dimiſit. At mox à Libero patre *amata*, & *in uxorem ducta*; qui ei donavit coronam Gnoſſiam, ſeptem ſtellis adornatam, à Venere modò acceptam. *Hyginus*, 42 & 43 Fab. *Ovidius*, 10 *Heroïd.* epiſt. 8 *Metam.* 175 verſ. 3 Faſtor. *Nonnus*, *Dionyſiac.* 47 lib. *Catullus*, in epithalam *Thet.* & *Pel.* *Propertius*, 3 lib. 17 eleg. *Pauſanius*, in *Attic.* *Plutarchus*, in *Theſ.* *Apollonius*, 4 *Argonautic.* *Diodorus*, *Manilius*, *Prudentius*, &c.

Tigribus) Illæ enim, ut & Pantheræ, *Baccho ſacratæ*; nempe in quas *converſas* ipſius *nutrices* fabulantur poëtæ. Quia ea *vinoſa*, *Oppiano*, in Cyneget. & *ebria Martiali*, 14 lib. 107 epigr. certè vino imprimis deditum animal. Unde *Statius*, (videas & *Herodotum*, lib. de automat. fabricatoribus) de hiſce, 7 *Thebaid.*

Ma-

Manus obvia paſcit,
Exſpectantque cibos, *fuſ*cque horrenda *ſupinant*
Ora mero.

Non ergo mirum, ſi *Bacchi* perpetuum *ſymbolum.* *Philoſtratus*, imagin. 1 lib.

Adjunctis) Confer *Naſoni Naſonem*, 2 Heroïd. Epiſt. ubi Phyllis de hac eadem Ariadne:

Illa, nec invideo, fruitur meliore marito,
Inque capiſtratis tigribus alta ſedet.

Et *Propertium*, qui de eâ ipſa ſic, 3 lib. 15 eleg.

Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis!

Quibus adde & Neronis elegans numiſma, apud *Choulium*, mihi 143 pag.

Sidus) Videatur de *ſidere* illo *Ariadnes*, præter *Catullum*, *Manilium*, *Aratum*, *Germanicum*, *Avienum*, *Hyginum*, *Prudentium*, præſertim noſter *Ovidius*, 3 Faſt.

Sintque *tuæ* tecum faciam monimenta *coronæ*:
Vulcanus Veneri quam dedit; illa tibi.
Dicta facit: *gemmas*que novem transformat
in ignes:
Aurea per *ſtellas* nunc micat illa *novem*.

XI.

PROCRIS,

à marito perempta.

ECce redit Cephalus, proles Cyllenia, ſylvis,
Oraque fontanâ fervida ſpargit aquâ.
Anxia Procri, lates! ſolitas jacet ille per herbas:
Et, Zephyri molles, auraque, dixit, ades!
Ut patuit miſeræ jucundus nominis error,
Et mens, & rediit verus in ore color,
Surgit, & oppoſitas agitato corpore frondes
Movit, in amplexus uxor itura viri.
Ille feram ſonuiſſe ratus, juveniliter arcum
Corripit, in dextrâ tela fuêre manu.
Quid facis infelix? non eſt fera, ſupprime tela.
Me miſerum! *jaculo fixa* puella *tua* eſt.
Hei mihi, conclamat, *fixiſti pectus amicum!*
Hic locus à Cephalo vulnera ſemper habet.
Ante diem morior; ſed nullâ pellice læſa!
Hoc faciet poſitam te mihi terra levem!
Nomine ſuſpectam mihi ſpiritus exit in auram!
Jam morior, charâ lumina conde manu.
Dixit; & incauto paulatim pectore lapſus,
Excipitur miſeri ſpiritus ore viri.
Ille *ſinu* dominæ *morientia pectora* mæſto
Suſtinet, & lacrymis vulnera ſæva lavat.

Ovidius, 3 Art.

Se-



PROCRIS, à marito perempta.

SEmianimem, & ſparſas fœdantem ſanguine veſtes,
Et *ſua* (me miſerum) de vulnere *dona* trahentem
Invenio. *corpuſ*que, meo mihi carius, *ulnis*
Mollibus *attollo.* ſciſſâque à pectore veſtē
Vulnera ſæva ligo; conorque inhibere cruorem.
Viribus illa carens, & jam moribunda, *coëgit*
Hæc ſe *pauca loqui*: per noſtri fœdera lecti!
Perque deos ſupplex oro, ſuperoſque, meoſque,
Per ſi quid merui de te bene, perque manentem
Nunc quoque cum pereo, cauſam mihi mortis, amorem!
Ne thalamis Auram patiare innubere noſtris.
Dixit, & errorem tum denique nominis eſſe
Et ſenſi & docui. ſed quid docuiſſe juvabat?
Labitur, & parvæ *fugiunt* cum ſanguine *vires*.
Dumque aliquid ſpectare poteſt, *me ſpectat*; & *in me*
Infelicem *animam*, noſtroque *exhalat* in ore.

Ovidius, 7 Metam.

EXPLANATIO.

Dona) Cum Cephalus, Dejonis filius, in Hymetto, regionis Atticæ monte, *venaretur*, ab Aurorâ propter inſignem corporis pulchritudinem *raptus* eſt. Quem ut comperit Procridis, Pandionis regis filiæ, ſuæ *conjugis amore* implicitum, à ſe velle divertere, fecit ut *mutatâ ſpecie* tenderet Athenas, eamque & pollicitis & muneribus tentaret,

an

in pudicitiam retineret integram. Quo facto Cephalus *fidem* conjugis ſuæ *parum ſinceram* animadvertit. Pudore autem Procris perfuſa,in ſaltibus ſeſe occultavit. Ille amoris impatiens, ut ad ſe rediret, precibus tandem impetravit. Reverſa *canem* ipſi dedit *velociſſimum*, & *jaculum* efficaciſſimum, & *minimè evitandum.* Interim cum Cephalus Dianæ ſtudio feras aſſiduè perſequeretur, & nimio æſtu refrigerari cuperet, *auram* vocabat. Procris *exiſtimans* maritum *nympham* aliquam hoc nomine dictam expetere, in virgultis ſeſe recondidit, cujusnam virginis cupiditate flagraret Cephalus, exploratura. At motis frondibus, maritus in his feram latitare credens, emiſſo fatali *jaculo*, *conjugem inſcius* transfixit. *Hyginus*, 189 Fab. *Pauſanias*, in *Laconic. Anton. Liberalis*, 41 Fab. Metam. *Ovidius*, 3 Art.

In ore) Ex more veterum; apud quos *parens*, *conjux*, *amicus*, ut quiſque erat charior, exſpirantem deoſculatus, extremum halitum & fugientem *animam ore excipiebat. Virgilius*, 4 *Æneid.* & *Albinovanus*; apud quem ſic *Livia*, in Epicedio:

Soſpite te ſaltem moriar, Nero: tu mea condas
Lumina, & *excipias* hanc *animam ore* pio.

Cæterum pulcherrimè exhibetur *Cephali Procridiſque commentum in* antiquo *marmore*, apud ſuperius citatum *Begerum*, Spicileg. 4 part. 143 pag.

X II.

XII.

HYPSIPYLE,

patrem cladi publicæ eripiens.

I*Lla* pias *armata* manus, fuge protinus urbem
Meque pater! non hoſtis, aït, non mœnia læſi
Thraces habent; noſtrum hoc facinus, ne quære
quis author.
Jam fuge,'jam dubiæ donum rape mentis, & enſem
Tu potius miſeræ retine! tunc excipit artus,
Obnubitque caput, tacitumque ad conſcia Bacchi
Templa rapit.

Valer. Flaccus, 2 Argonaut.

EXtemplo *thalamis* turbata paternis
Inferor. ille quidem dudum (qui magna tuenti
Somnus?) agit verſans ſecum (etſi lata receſſit [tis,
Urbe domus)quinam ſtrepitus?quæ murmura noc-
Cur fremebunda quies?trepido ſcelus ordine pando.
Quis dolor, unde animi. vis nulla arcere furentes.
Hac ſequere, ô miſerande! premunt, aderuntque
moranti,
Et mecum fortaſſe cades! His motus, & *artus*
Erexit ſtratis. ferimur per *devia vaſta*
Urbis, ubi ingentem nocturnæ cædis acervum
Paſſim, ut quoſque ſacris *crudelis veſpera* lucis
Straverat, occulta ſpeculamur nube latentes.
Hic impreſſa toris ora, *extantes*que recluſis

Pecto-



HYPSIPYLE, *patrem cladi publicæ eripens.*

Pectoribus capulos, magnarum & *fragmina* trunc
Haſtarum, & ferro laceras per corpora *veſtes*,
Crateras pronos, *epulaſ*que in cæde natantes
Cernere erat. juguliſque modo torrentis apertis
Sanguine commixto redeuntem in pocula *Bacchum*.
Hic *juvenum* manus, & nullis violabilis armis
Turba, *ſenes*; poſitique *patrum* ſuper ora gementum
Semineces *pueri*, trepidas in lumine vitæ
Singultant animas.

Statius, 5 *Thebaid*.

EXPLANATIO.

Illa) Lemniacæ mulieres, cum ob fætorem hircinum, à Venere (ob neglecta ipſius ſacra) immiſſum, à viris contemnerentur, injuriam ultæ ſunt. *Eos* enim, è Thracia reverſos *omnes unâ nocte trucidarunt*. *Sola* tamen *Hypſipyle patrem* Thoanta (qui Bacchi ex Ariadna filius) *ſervavit*. *Hyginus*, 15 & 254 Fab. Scoliaſtes, ad *Apollonii* 1 & 3 *Argonaut*. *Lutatius* ad *Stat*. 5 *Thebaid*. *Apollodorus*, 1 lib. *Euripides*, in *Hecuba*. &c.

Pater) *Quem*, naviculæ impoſitum ab Hypſipyle, *tempeſtas* in regionem Tauricam *detulit*: ubi factus *rex* & Dianæ Tauricæ *ſacerdos*. *Valer. Flaccus*, loc. cit. cui poſtmodum Oreſtes & Pylades, Iphigenia ſorore juvante, *Dianæ ſignum eripuere*, illudque avehentes, in Græciam detulêre. *Ovidius*, 4 Triſt. 4 eleg. 3 *Ponto*, 2 eleg. *Hyginus*, 120 Fab.

Thraces) Si credamus *Hygino*, alia cædis erat

cauſa;

cauſa; nempe fama ſparſa *Lemniacos*, uxoribus ſuis repudiatis, *Thraſſas mulieres demum ducturos*. Tali enim rumore indignatæ mulieres maritos ad unum omnes confecêre. Conſentit & *Flaccus*, *Argonautic.* cit. libr.

Obnubitque) *Caput* enim *non operiebant* nec velabant tam *Græci* vetuſtiſſimi, quam *Romani* recentiores, niſi 1 in *ſacrificiis*. 2. in *itinere*. 3. in *militia* 4. in *ludis* & *ſpectaculis*. 5. in *luctus grandis* expreſſione. 6. in *re* ſubita & *deſperata*. 7. obituri *mortem violentam*, coactam, & voluntariam.

Quippe, præter urgentem neceſſitatem, & cauſam juſtam, erat *mollium* & valdè *delicatorum*. Videas *Valer. Maximum*, 9 lib. 12 cap 2 exemp. ext. de capillis vacui *capitis ſplendore* ſenis *Æſcyli*, nobilis tragici; & *Ciceronem*, lib. de Senectut. de *Maſiniſſâ* rege, nonaginta annos nato, qui nullo imbre, nullo frigore adducebatur ut eſſet *operto capite*. Quibus & addas *Plutarchum*, in Paralell. de *Pyrrho*, in ipſâ pugnâ, *capite nudo* obequitante præliantium aciem.

Crateras) Vaſa *præalta*, quandoque humanam ſtaturam æquantia. Sic etenim *Ovidius*, (præter 5 Metam. de Perſeo) 12 lib. de Theſeo:

Forte fuit juxta, *ſignis extantibus aſper*,
Antiquus *crater*; quem *vaſtum* vaſtior ipſe
Suſtulit Ægides, adverſaque miſit in ora.

& *Virgilius*, 9 *Æneid.* de Rhoeto, ponè craterem ſeſe abſcondente:

Rhoetum vigilantem, & cuncta videntem;
Sed *magnum* metuens ſe *poſt cratera* tegebat.

XIII.
HIPPOLYTUS,
novercæ amorem fugiens.

UT *profugus urbem liquit* infeſto gradu,
Celerem citatis paſſibus curſum explicans,
Celſos ſonipedes ocyus ſubigit jugo.
Et ora frænis domita ſubſtrictis ligat.
Tum *multa ſecum effatus*, & *patrium ſolum*
Abominatus, ſæpè *genitorem ciet*,
*Acer*que habenis *lora* permiſſis *quatit*:
Cum ſubitò vaſtum tumuit ex alto mare,
Crevitque in aſtra; nullus inſpirat ſalo
Ventus; quieti nulla pars cæli ſtrepit,
Placidumque pelagus propria tempeſtas agit. &c.

Seneca, Hippolyt. 4 act. 1 ſcen.

EXPLANATIO.

Profugus) Hippolytus, Theſei & Antiopes Amazonis filius, cum, *cælibem ducens vitam*, venati ſeſe exerceret, & animo conſtanti *mulieres ſperneret*, *à* Phædra *novercâ*, abſente patre, *amatu* eſt. Cujus deſiderio cum obtemperare noluiſſet illa *filium* apud patrem *detulit*, tanquam de ſtupro eam compellaſſet. Quamobrem cum videre Hippolytus patrem, novercæ dolo perſuaſum, d nece ſua cogitare, *conſcenſo curru fugam arripuit*

Ve-



HIPPOLITVS, novercæ amorem fugiens.

Verum ipſius equi, *tauro marino* à Neptuno (quen Theſeus votis fatigaverat) emiſſo *conſternati* currum per ſcopulos & ſaxa trahunt; juveniſque, loris implicitus, miſerè diſcerpitur ac dilaniatur *Euripides*, in *Hippolyt. Virgil.* 7 *Æneid. Ovidius* 15 Metam 3 Faſt. 4 Epiſt. Heroïd.

Profugus) Hippolytus; qui primum fuerat *Demophoon*; mox ab *equis* (qui ἵπποι) conſternatis *diſſolutus* (quod λύω) & dilaniatus, *Hippolytus*; denique (ut canunt 7 *Æneid. Virgilius*, & 15 Metamorph. *Ovidius*) *Æſculapii* arte vitæ reſtitutus, *bis vir*, ſive *Virbius* dictus.

Urbem) *Troezena*, Neptuno ſacram, in Peloponneſo, ad ſinum Argolicum. *Theſei* illa *patria* ubi & *Hippolytus* à Pitheo rege fuerat *educatus* *Strabo*, 8 lib. *Stephanus*, alii.

Lora) *Quibus* aurigæ (etiam *Circenſes*) *præcingebantur*, ut facilius ea diſtinguendo temperarent, *totiuſque corporis vi* ruentes *equos retineren* Et hiſce *loris*, non bene diſplicitis, *involutus peri* Hippolytus. *Euripides*, in *Hippolyt. Ovidius*, Faſt. hoc modo.

Hic latet Hippolytus, *loris diſtractus* equorum
Unde nemus nullis illud aditur equis.

ut & *Seneca*, dramatis dicti 4 loc. cit.

Præceps in ora gnatus *implicuit* cadens
Laqueo tenaci *corpus*, & quanto magis
Pugnat, ſequaces hoc magis nodos ligat.

Videas & *Statium*, 5 *Thebaid.* de ruente *Polnice*.

S

Sonipedes) *Tres* procul dubio: ve eres etenim *heroës* extra *duos jugales*, *tertium* addebant *funalem.* Ita *Statius*, morem *Græcum* reſpiciens, de *trigâ* loquitur, 6 *Thebaid.*

Nec jam ſufficiunt ſtimuli, non verbera. voce
Nominibuſque ciet *Pholoën* Admetus, & *Irim*,
Funalemque *Thoën.*

ita &, in aliâ *triga*, *Arion funalis*, & ad dextram currens; loc. cit.

Dum, non co'ibente magiſtro,
Stringitur in gyros, *dexter*que exerrat *Arion.*

Verum, ætate Auguſti, apud Romanos *duo funales* erant; ut notum vel è ſelectioribus Numiſmatibus, quæ *quadrigas* Circenſes & Triumphales elegantiſſimè repræſentant. Videantur de *bigarum*, *trigarum*, *quadrigarum*que curribus *Plinius*, 7 lib. 56 cap. & 8 lib. 42 cap. *Lucretius*, de rer. nat. 5 lib.

XIV.
ALTHÆA,
filii mortem accelerans.

Tum *conata* quater *flammis imponere ramum*
Cæpta quater tenuit. pugnat materque ſororque,
Et diverſa trahunt unum duo nomina pectus.
Sæpè metu ſceleris pallebant ora futuri.
Sæpè ſuum fervens oculis dabat ira ruborem.
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat; modo quem mi ereri credere poſſes.
Cumque ferus lacrymas animi ſiccaverat ardor,
Inveniebantur lacrymæ tamen. utque carina,
Quam ventus, ventoque rapit contrarius æſtus,
Vim geminam ſentit, paretque incerta duobus;
Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat,
Inque vices ponit, poſitamque reſuſcitat iram . . .
Mors morte pianda eſt.
In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus.
Per coacervatos pereat domus impia luctus.
An *felix Oeneus* nato victore fruetur?
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modo, *fraterni manes*, animæque recentes,
Officium ſentite meum, magnoque paratas
Accipite inferias, uteri mala pignora noſtri.
Heu mihi! quo rapior? *fratres*, ignoſcite *matri*.
De-



ALTHÆA, *filii mortem accelerans.*

Deficiunt ad coepta manus meruiſſe fatemur
Illum cur pereat; *mortis* mihi *diſplicet author.*
Ergo impunè feret? vivuſque, & victor, & ipſo
Succeſſu tumidus *regnum* Calydonis *habebit*?
Vos cinis exiguus, gelidæque *jacebitis* umbræ?
Haud equidem patiar. *pereat ſceleratus*, & ille [nam.
Spemque patris, regnumque trahat, patriæque rui-
Mens ubi *materna* eſt? ubi ſunt pia vota *parentum*?...
Dixit. dextrâque *averſa* trementi
Funereum *torrem* medios *conjecit in ignes.*
Aut dedit, aut viſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes, & invitis correptus ab ignibus arſit.
Ovidius, 8 Metamorph.

EXPLANATIO.

Conata) Oeneus, Ætoliæ rex, cum omnibus diis annua ſacra faceret, Dianam præteriit: Ea irata aprum miſit, immani magnitudine, qui agros Calydonios devaſtaret. At *hunc Meleager*, Oenei ex Althæâ filius, cum delectis juvenibus Græciæ, *interfecit*, *pellem*que ejus, ob virtutem, *Atalantæ* virgini *donavit*, *quam Althææ fratres eripere ſtuduerunt.* Illâ *Meleagri fidem* implorante intervenit ipſe, amorem cognationi antèponit, *avunculos* ſuos *interficit.* Id *Althæa mater* audiens fatalem ſtipitem, ſive titionem (*quo incolumi* & *Meleager* eſſet *incolumis*, Parcarum monitu) ex arcâ prolatum *in ignem conjicit.* Ita dum fratrum pænas exe-

exequitur, *filium* perimit. *Hyginus*, 172 & 174 Fab. *Homerus*, 9 *Iliad*. *Diodorus*. 5 lib. *Anton. Liberalis*, 2 Fab Metam. Anthologia, 4 lib. 7 cap. *Pauſanias*, in *Arcadic. Philoſtratus*, in *Atalant.* & *Meleagr.*

Flammis) Facinus hoc *in* eleganti *marmore* exhibet *Petr. Sanctus Bartholus*, Monumentor. *Rom.* Antiquitat. 75 tab.

Inferias) Sacrificia, quæ *diis manibus* inferebant. Illa verò præſertim conſtabant *effuſione aquæ*, vel *vini*, vel *lactis*, vel *unguentorum*, vel & victimarum *ſanguinis*. De *aquâ Sophocles* in *Electr.* De reliquis ita *Virgilius*, 3 *Æneid*.

Inferimus tepido ſpumantia cymbia *lacte*,
Sanguinis & ſacri pateras.

& 5 *Æneid*.

Hic duo ritè mero libans carcheſia *baccho*
Fundit humi, duo *lacte* novo, duo *ſanguine* ſacro.

Denique de *unguentis*, *Auſonius*, in epitaph. 36 carm.

Sparge *mero* cineres, & odoro perlue *nardo*,
Hoſpes, & adde roſis *balſama* puniceis!

Quibus adde *Apulejum*, 6 Metamorph. *Silium*, 16 B. *Punic. Propertium*, 3 lib. & *Ciceronem*, orat. pro *Flacc.* qui (ut & *Apulejus*, 8 Metamorph.) de humano *ſanguine*.

X V.

A L C E S T I S,

mariti vitam redimens.

DIgnius an vates alios exercuit unum
Fæminea virtutis opus? conſorte redempto
Caſta *maritali ſucceſſit* Theſſala *fato*,
Inque ſuos migrare virum non abnuit annos.

Claudianus, laud. *Seren.* Regin.

Fata Pheretiadæ conjux Pagaſæa redemit,
Proque viri eſt uxor *funere lata* ſui.

Ovidius, 3 Art.

Cum Peliâ genitæ tot ſint, cur *nobilis una* eſt?
Nempe fuit *miſero nupta* quod una *viro*.


Ovidius, 5 Triſt. 5 eleg.

Si mea mors redimenda tuâ (quod abominor) eſſet,
Admeti conjux, quam ſequereris erat.

Ovidius, 3 Pont. 1 eleg. ad conjugem.

HERC. Ipſam intuêre, ſimilis uxori an tuæ
Sit, ac beatus luctum jam deſine. [vum!
ADM. O dii boni! ô miraculum inopinum ac no-
Oculis profectò conjugem intueor meam:
Aut me deorum quiſquam ludibrio
Recreat, inani corda lactans gaudio.
HERC. Non ita; ſed ipſam conjugem cernis tuam.

Alio-



ALCESTIS, mariti vitam redimens.

Alloquere. votis quicquid optabas, habes.
A D M. O corpus, ocule ô conjugis chariſſimè!
Spem præter habeo te, videre poſteà
Quam non putaram poſſe me.
HERC. Ne dubito; habes,
Modo ne deorum quiſpiam invideat tibi.
A D M. O clara ſoboles maximi Jovis, utinam
Beatus ævum tranſigas, ac ſoſpitem
Te ſervet idem, qui creavit, Juppiter.
Nam me jacentem ſolus erexti è Styge [do?
Quonam reduxti ad lumen hanc rurſus mo-
HERC. Deprælιatus cum tyranno manium.

Euripides, Alceſt. 5 act. vert.
Georg. Buchanano, Scoto.

EXPLANATIO.

Dignius) Alceſtim, Peliæ & Anaxobies filiam, complures proci petebant in conjugium. Pelias vitans eorum conditiones, repudiavit, & ſimultatem conſtituit ei ſe daturum qui feras beſtias ad currum junxiſſet, & Alceſtim conjugio avexiſſet. Itaque Admetus ab Apolline petiit, ut ſe adjuvaret. Apollo autem, quod ab eo in ſervitutem liberaliter eſſet acceptus, aprum & leonem ei junctos tradidit, quibus ille Alceſtim avexit. Et *illud* ab Apolline *accepit*, *ut pro ſe alius* voluntarie *moreretur*. Pro quo quum neque pater, neque mater mori voluiſſent, *uxor ſe* Alceſtis *obtulit*, & pro eâ *vicariâ* *morte*

morte periit, *quam* poſtea *Hercules* ab inferis revocavit, & *marito reſtituit*. *Hyginus*, 50 Fab. *Euripides* in *Alceſt*. *Seneca*, in *Med*. *Martialis*, 4 lib. 75 epigr. *Statius*, 3 ſylv. 3 carm. de lacrym. *Hetruſci* &c.

Opus) Omnium *primæ Tragoediæ argumentum*. quippe Alceſtim docuit *Theſpis*, & quidem *primus*, theatris nondum extructis *pro ſcenâ plauſtrum habens*. Meminit ejus *Horatius*, de arte poëtic. & *Plutarchus*, in *Solon*. &c. apud *Seldenum* ad Marm. *Oxonienſ*. Res ipſa exhibetur in pariete marmoreo ſepulchri *Ovidiani*. Videatur libellus, Pitture antiche del ſepulcro di *Naſoni*, cum Figur. & explicationibus *Petr. Bellorii*.

Virum) Quem ſic alloquitur, à Ti. Graccho ad eum converſus, *Valer. Maximus*: ô te Theſſaliæ rex, *Admete crudelis*, & diri facti crimine ſub magno judice damnatum! qui *conjugis tuæ fata pro tuis* permutari paſſus es, *eâ*que, ne tu extinguereris, *voluntario obitu conſumpta*, lucem intueri potu ſti. & certe prius *parentum indulgentiam* tentaveras, *femineo animo impar* inventus. Hæc ille, 4 lib. 6 cap. de amore conjugal.

Pagaſæa) Alceſtis; à *Pagaſâ*, Theſſaliæ urbe, Pelio monti proxima; quæ vicino ſinui *Pagaſico* nomen dedit. *Plinius*, 4 lib. 8 cap. ab hac & Argo navis dicitur *Pagaſæa*. *Propertio*, 1 lib. 20 eleg. & ipſe Jaſon *Pagaſæus Ovidio*, 8 Metam. in venatione apri.

XVI.

XVI.

MEGARA,

vim patiens.

O clarum trahens
A ſtirpe nomen regia, facilis mea
Parumper aure verba patienti excipe.
Si æterna ſemper odia mortales agant,
Nec coeptus unquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret;
Nihil relinquent bella: tum vaſtis ager
Squallebit arvis, ſubditâ tectis face
Altus ſuperbas obruet gentes cinis.
Pacem reduci velle, victori expedit,
Victo neceſſe eſt. *particeps regno veni.*
Sociemus animos. pignus hoc fidei cape;
Continge dextram. quid truci vultu ſiles? . . .
Agedum, efferatas rabida voces amove,
Et dice regum imperia ab Alcide pati.
Non ut inflexo genu
Regnantem adores, petimus. hoc ipſum placet,
Animo ruinas quod capis magno tuas.
Es rege conjux digna. *ſociemus toros* . . .
Conjugia quoniam pervicax noſtra abnuis,
Regemque terres; ſceptra quid poſſint ſcies.
Complectere aras, nullus eripiet deus

Te



MEGARA, vim patiens.

Te mihi. nec, orbe ſi remolito, queat
Ad ſupera victor numina Alcides vehi.
Congerite ſylvas, templa *ſupplicibus* ſuis
Injecta flagrent. *conjugem*, & totum gregem,
Conſumat unus igne ſubjecto *rogus*.

Seneca, *Herc. Furent*. Trag. 2 act. 3. ſcen.

EXPLANATIO.

Regno) Lycus, Neptuni filius, à Creonte, ſocero Herculis, Thebano rege, propter ſcelera in exilium miſſus, *abſente* jam *Hercule* apud inferos (ut inde Euryſthei juſſu peteret Cerberum) occaſionem oblatam arripuit, &, per ſeditionem *Creonte* cum duobus filiis *cæſo*, *regnum* Thebanum *occupat*, *Megaram*, Herculis conjugem, *ad nuptias ſollicitat*, abnuenti *vim parat*. Verum perquam opportunè *reverſus Hercules Lycum*, cæteroſque illius factionis, *interficit*. *Hyginus*, 31 & 33 Fab. *Seneca*, dram cit.

Adores) *Adorandi* mos vetuſtus eſt, ipſis quoque *Hebræis* non ignotus. *Samuelis*, 2 lib. 1 cap. maximè tamen *Perſis*, *Syris*, cæteriſque ultrà Euphratem populis. *Herodotus*, in Polymn. *Plutarchus*, in Themiſtocl. *Juſtinus*, 6 lib. 2 cap. de Conone & 12 lib. 7 cap. de Alexandro. *Nepos*, in Conon. 3 cap. *Iſocrates*, in panegyr. *Curtius*, 6 libr. 6 cap. & præſertim 8 lib. 5 cap. &c. *Suetonius*, in Vitell. 2 cap. & *Dio*, 59 lib. de Vitellio patre.

patre. *Lucianus*, in Navig. *Arnobius*, 3 adv. gent. *Propertius*, 1 lib. 16 eleg. *Martialis*; qui ſic, 10 lib. 72 epigr.

> *Ad* Parthos *procul ite* pileatos,
> Et turpes, *humilesque*, ſupplicesque
> Pictorum *ſola baſiate regum.*

genu etenim flexo proni procumbentes, fronte feriebant humum, eumque exoſculabantur.

Adoratio hæc igitur, ut ſumma veneratio, *ſacris tantum conceſſa. Juvenalis* (præter *Ovidium*, *Apulejum*, &c.) 6 ſat.

> Tarpejum numen *adora*
> *Pronus*, & auratam Junoni cæde juvencam,
> Si tibi contigerit capitis matrona pudici.

Aras) *Ad eas & deorum ſtatuas*, ut *& templa*, *confugiebant vim* injuriamque hoſtilem *metuentes*. Teſtibus (præter *Ciceronem*, *Euripidem*, *Plautum*, & *Tibullum*) *Floro*, 2 lib. 12 cap. de Perſeo; *Nepote*, in *Pauſan.* 4 cap. *Terentio*, Heaut. 5 act. 2 ſcen. *Virgilio*, 2 *Æn.* de Helenâ, & pòſt de Priamo; & *Ovidio*, 4 Triſt. 5 eleg.

Ab iis quoque ſupplices nullus, niſi inſigniter ſceleratus avellebat. *Virgilius*, 2 *Æn.* de Pyrrho. Qui & eos, igne & incendio circumſeptos, inde abſcedere ſubindè cogebat. *Seneca*, hoc loc. Sed *Tryphæna*, Grypi regis conjux, forſitan hiſce *crudelior*; *cujus juſſu* miſſi *milites cum ſororem* ipſius, Cleopatram, *templo evellere non poſſent*, *manus* amplexantis deæ ſimulacrum *præciderunt*. *Juſtinus*, 39 lib. 3 cap.

XVII.

HERCULES,

doloribus ſuccumbens.

Tollens ad ſidera palmas
Cladibus, exclamat, Saturnia *paſcere* noſtris!
Paſcere, & hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto,
Corque ferum *ſatia.* vel ſi *miſerandus* & *hoſti*
(Hoſtis enim tibi ſum) diris cruciatibus ægram
Inviſamque animam, natamque laboribus, aufer.
Mors mihi *munus* erit. *decet* hæc dare dona *novercam.*
Ergo egò foedantem peregrino templa cruore
Buſirim domui? ſævoque alimenta parentis
Antæo eripui? nec me paſtoris Iberi
Forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, mòvit?
Vosne manus validi preſſiſtis cornua tauri?
Veſtrum opus Elis habet, veſtrum Stymphalides undæ,
Partheniumque nemus; veſtrâ virtute relatus
Thermodontiaco cælatus baltheus auro,
Pomaque, ab inſomni non cuſtodita dracone.
Nec mihi centauri potuêre reſiſtere; nec mî
Arcadiæ vaſtator aper. nec profuit Hydræ
Creſcere per damnum, geminasque reſumere vires.
Quid? quod Thracis equos, humano ſanguine pingues,
Plenaque corporibus laceris præſepia vidi?

Vi-



HERCVLES, doloribus ſuccumbens.

Viſaque dejeci, dominumque ipſosque peremi?
His eliſa jacet moles Nemæa lacertis! (ſtrum!
His Cacus, horrendum Tyberino in littore mon-
Hac cælum cervice tuli. defeſſa jubendo eſt
Sæva Jovis conjux; ego ſum indefeſſus agendo!

Ovidius, 9 Metam.

EXPLANATIO.

Avellens) Dejanira Oenei regis filia, Ætolarum virginum ſpecioſiſſima, cum à multis amaretur, pater eam in matrimonium dare huic conſtituit, qui luctando victoriam reportaret. Sic Hercules, Acheloo defatigato & devicto, illam adeptus eſt. Eam ergo Neſſo centauro committit, ut Evenum amnem transveheret. Ille locum comprimendæ Deianiræ captans, ab Hercule telis confixus eſt. Moriens *veſtem ſanguine* ſuo *aſperſam* puellæ dedit. Indicans hanc fore *remedium adverſus* conjugis *mutatum amorem*, quam primum eâ indueretur. Hercules abhinc in Oechaliam Euryti regnum trajiciens, illud evertit, & *Iolen*, filiam ejus *abduxit*. Deianira ſuſpicata *virum à ſeſe abalienatum*, *tunicam* centauri ſacrificaturo *mittit*: Eam indutus Hercules ad aras accedens, *veſtis veneno* ſubitò *infectus* eſt. Itaque ſummis *excruciatus doloribus*, *tandem* in Oetâ, Theſſaliæ monte, rogum exſtrui juſſit, & in eo *vitam finiit*. *Sophocles*, in *Trachin*. *Seneca*, in *Herc.Oet*. *Ovidius*, 9 Metam. & 9 Heroid. epiſt. *Cicero*, 2 *Tuſculanar*. *Diodorus*, 5 lib. &c.

Her-

Ego) Obſervant in famigeratiſſimo hoc heroë, monſtrorum domitore, tyrannorum peremptore, plerumque

1. *Calvitiem. Iſacius Tzetzes*, in *Lycophronis Caſſandr. Sextus Empiricus* adverſ. Mathematic. *Cyrillus* in *Ionam*, 11 cap. *Theophylactus*, &c.

2. *Diadema* regium. Gemma, apud *L. Begerum*, Theſaur. 38 pag. Marmor apud *Petr. Sanct. Bartholum*, Monum. Ant. 79 tab.

3. Coronam *populeam*. Numiſma apud *Choulium*, 191 pag. *Pauſanias*, 1 Eliac. *Macrobius*, 3 ſat 12 cap. *Servius*, ad 8 *Æneid.*

4. *Leoninarum* exuviarum velamentum. *Virgilius*, 7 *Æneid. Ovidius*, 2, & 5 Faſtor. &c.

5. *Clavam*, ex oleaſtro nempe, nodoſam. *Martialis*, 9 lib. 44 epigr. *Statius*, 3 ſylv. in *Herc. Surrent.* quæ *in aditu ſacelli* ipſius, Romæ in foro Boario, relicta, canes *olfactu* terret & *arcet. Solinus*, 2 cap.

6. *Arcum* & *pharetram*, *Ovidius*, 9 Metam. *Statius*, loc. cit. &c.

7. Tunicam denique mortiferam. *Plinius*, 34 lib. 8 cap. de *Hercule* tunicato, æneo, authoris incerti, torvâ facie, &c.


Prætereaque omnes fermè labores ejus exhibentur nobis in numiſmatibus imperatorum, Antoninorum, Macrini, Poſthumi, Maximiani Herculii, & Conſtantini, apud *Erizzum*, *Triſtanum*, *Patinum*, & *Morellium*: quæ præſertim illuſtrant ea quæ de laboribus ac ærumnis Herculis *Ovidius*, *Seneca*, *Auſonius*, Anthologia, & Scolaſtici, in Vett. poët. Catalectis.

XVIII.

OEDIPUS,

ſibimet oculos eruens.

MOrs eligatur *longa*. quæratur via,
Quâ nec ſepultis miſtus, & *vivus* tamen
Exemptus *erres*. morere. ſed citra patrem.
Cunctaris, anime? ſubitus ad vultus gravat
Profuſus imber, ac rigat fletu genas?
Et flere ſatis eſt? hactenus fundent levem
Oculi liquorem. ſedibus pulſi ſuis
Lacrymas ſequantur. hi maritales ſtatim
Fodiantur oculi! Dixit, atque *ira furit*.
Ardent minaces igne truculento genæ;
Oculique vix ſe ſedibus retinent ſuis.
Violentus, *audax*, *mutus*, *iratus*, *ferox*,
Tantum cruentus gemuit, & *dirum fremens*
Oculi ſteterunt, & ſuam intenti manum
Ultrò inſequuntur. vulneri occurrunt ſuo.
Scrutatur avidus manibus uncis lumina.
Radice ab imâ funditus vulſos ſimul
Evolvit orbes. hæret in vacuo manus,
Et fixa penitus unguibus lacerat cavos
Altè receſſus luminum, & inanes ſinus.
Sævitque fruſtrà, plusque quam ſat eſt furit.
Tantum eſt periculum lucis. attollit caput,



OEDIPVS, ſibimet oculos eruens.

18

Caviſque luſtrans orbibus cæli plagas,
Noctem experitur. *quicquid effoſſis malè*
Dependet oculis, *rumpit*; *& victor deos*
Conclamat omnes, parcite en patriæ, precor!
Jam juſſa feci. debitas poenas tuli.
Inventa thalamis digna nox tandem meis!

Seneca, *Oedip.* Tragoed, 5 Act. 1 ſcen.

EXPLANATIO.

Scrutatur) Thebis poſt frugum penuriam graſſante horribili lue, Creon Delphos mittitur, conſulturus Apollinem. Refert expiandam *Laii necem* exilio peremptoris. Ille *ignoratur*. Tireſias, evocata Laii umbrâ, intelligit *ipſum eſſe* regem, *Oedipum*. Negat hic primum, disquirit, *invenit ſe filium* eſſe *Laii*, (*quem imprudens*, in trivio, *necaverat*) & *Jocaſtæ*, *quam* (Sphyngis enucleato ænigmate) *in uxorem duxerat*.

Effoßis itaque præ pudore & ira, veſtis fibulâ, *oculis*, *in exilium abit*. Jocaſta gladio incumbit. *Sophocles*, in *Oedip.* tyrann. *Seneca*, in *Oedip.* *Hyginus*, 67 Fab.

Sævitque) *Oedipus*; qui nomen habet ab οἴδημα, *tumore*, & πὲς, *pes*. Ille enim à patre Laio (qui ex oraculo perceperat futurum, ut à filio perimeretur) paſtori traditus eſt occidendus; qui tamen commotus miſericordiâ, cum ſtirpi regiæ manus invitus inferret, neque tamen regis imperium detrac-

tractare auderet, *perforatis gladio plantis*, vimineque trajecto, *ex arbore ſuſpendit*, ut inedia moreretur. Verum à paſtore regis Corinthiorum *ſervatus*, reginæ Meropæ *donatus*, filii loco ab eâ *educatus*, & à *pedibus* ex vulnere *tumentibus* Oedipus, h. e. *craſſipes*, appellatus eſt. Sic enim ſenex, apud *Senecam*, in *Oedip.* 4 act.

Forata ferro geſſeras *veſtigia*,
Tumore nactus nomen ac vitio *pedum.*

Cæterum in hoc ejus dramate Jocaſta, facinore agnito furens, *mox ferro incumbit*; & interim in altero, *Thebaïdis* nempe, ſecutus *Euripidem*, Jocaſtam, *tertio* poſt *anno* quam inceſtum agnovit *viventem* introducit Ita & poſt eum *Statius*; qui ſic de Jocaſta, 7 *Thebaïd.*

Ecce truces oculos ſordentibus obſita canis
Exſanguesque *Jocaſta* genas, & brachia planctu
Nigra ferens, ramumque oleæ cum velleris atri
Nexibus, Eumenidum velut antiquiſſima *portis*
Egreditur, magna cum majeſtate malorum.
Hinc atque hinc *natæ*, melior jam ſexus, aniles
Præcipitantem artus, & plusquam poſſet *euntem*
Suſtentant. venit antè hoſtes, & pectore nudo
Clauſtra adverſa ferit, tremulisque ululatibus orat
Admitti. &c.

verum & 11 *Thebaid.* prout ad mox ſequentem tabellam videbitur.

XIX.

JOCASTA,

inter diſſidentes filios.

SOllicita cui nunc mater alternâ prece
Verba admovebo? miſera, quem amplectar prius?
In utramque partem ducor affectu pari.
Hic adfuit. ſed pacta ſi fratrum valent,
Nunc alter aberit. ergò jam *nunquam duos,*
Niſi ſic, videbo? junge complexus prior
Tu, tot labores totque perpeſſus mala.
Longo parentem feſſus exilio vides.
Accede propius! clude vaginâ impium
Enſem; & trementem jamque cupientem excuti
Haſtam ſolo defige. maternum tuo
Coïre pectus pectori clypeus vetat.
Hunc quoque repone. vinculo frontem exue,
Tegimenque capitis triſte belligeri leva,
Et ora matri redde. quò vultus refers,
Acieque pavidâ *fratris obſervas manum?*
Affuſa totum corpus amplexu tegam.
Tuo cruori per meum fiet via.

Seneca, Thebaïd. 4. Act. 1 ſcen.

QUis furor? unde iterum regni integrata reſurgit
Eumenis? ipſi etiam, poſt omnia, cominus ipſi
Stabitis? uſque adeo geminas duxiſſe cohortes,
Et facinus mandaſſe parum eſt? quo deinde redibit

Vi-



IOCASTA, *inter diſsendentes filios.*

Victor ? in hosne ſinus ? ô diri conjugis olim
Felices tenebræ ! datis improba lumina poenas.
Hæc ſpectanda dies ? quo, ſæve, minantia flectis
Ora ? quid alternos vultus, pallorque ruborque
Mutat, & obnixi frangunt mala murmura dentes
Me miſeram, vinces ! prius hæc tamen arma neceſſe eſt
Experiare domi. ſtabo ipſo in limine portæ
Auſpicium infelix, ſcelerumque immanis imago.
Hæc tibi canicies, hæc ſunt calcanda, nefande,
Ubera, perque uterum ſonipes hic matris agendus.
Parce ! *quid oppoſitam capulo parmâque repellis* ?
Non ego te contra Stygiis feralia ſanxi
Vota deis, cæco nec Erynnyas ore rogavi.
Exaudi miſeram ! genitrix te ſæve, precatur,
Non pater. adde moram ſceleri, & metire quod audes !

Statius, 11 Thebaid.

EXPLANATIO.

Mater) Oedipo, poſt ſcelus agnitum & eruto oculos, in exilium ſpontaneum profecto, Etheocle & Polynices, ipſius filii, violato *regnandi per vice* fædere, impia movêre arma, Adraſto ſocero, Tydeo, aliisque, Polynicen, ætate minorem fratrem *regnum ſibi petentem*, adjuvantibus. Poſt aliquo prælia, ducumque inſigniorum interitum, mutuis vulneribus ceciderunt, matre Jocaſta eos in

gra-

ratiam reducere incaſſum laborante. *Euripides*, i *Phœniſſ* ejusque tranſlator, *H. Grotius*; præter *tatium*, &c. obiter *Ovidius*, 9 Metam. 404 verſ. *irgilius*, in *Culic.* &c.

Pacta) Nempe, ſumpto regno fratres invicem acti erant ut *ſinguli alternis annis* imperarent. *itheocli*, quia major ætate, *primus* imperii *annus* ederet. Is autem, exacto anno, regnum *cedere enuit*. *Polynices* ergò illud ex fœdere *repetiit*, & Adraſti ſuppetias imploravit Hæc ſupra. Verum uneſti quoque inter fratres odii nobile admodum exemplum apud Romanos aula oſtentat *Severiana*; ibi ferox *Caracalla* inviſum *fratrem* Getam, *in pſis* Juliæ *matris amplexibus enſe confodit*. *Dio*, 78 lib. *Herodianus*, 4 lib. *Auſonius*, in Cæſ. 22 epigr. adeò ut verè *Naſo*, 1 Metam.

Non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non gener à ſocero. *fratrum* quoque *gratia rara* eſt.

& *Manilius*, 4 Aſtronomic.

Ecce patrem nati perimunt, natosque parentes,
Mutuaque *armati coëunt* in vulnera *fratres*.

XX.

XX.

EVADNE,

in mariti rogum ſeſe injiciens.

IPhias antè oculos tibi erit ponenda, volenti
Corpus in accenſos *mittere* fortè *rogos.*
Ovidius, 3 Pont. 1 eleg

Accipe me, Capaneu, cineres miſcebimus! inqui
Iphias, *in* medios *deſiluit*que *rogos*,
Ovid. 3 Art. Amand

Conjugis Euadne miſeros elata *per ignes*
Occidit Argivæ fama pudicitiæ.
Propertius, Amor. 1 lib. 15 eleg

Turbine quo *ſeſe* caris *inſtraverit* audax.
Ignibus Evadne, fulmenque in pectore magno
Quæſierit.
Statius, 12. *Thebaid*

Prona ruens Capaneïa conjux
Communes ardente viro *miſtura favillas.*
Claudianus, laud. *Serenæ* reg

EXPLANATIO.

Iphias) Janira (poſtmodum Evadne, ab εὖ & ἕδνα, *munera nuptialia*, quod *bene* eſſet *dotata* Capaneo conjuge, dicta) Phylaci, vel potius Mar tis & Iphidis filia, Capanei uxor; *quem* incredibil amore *dilexit*. Quo apud Thebas, dum muro conſcendit & deos impiè provocat, *fulmine per cuſſo*, exſequias celebrans, *in* ipſius *rogum ſeſ conjecit*. *Hyginus*, 243 Fab. *Euripides*, in Supplic

Phi



EVADNE, in mariti rogum ſeſe injiciens.

Philoſtratus , Icon. 2 lib. *Virgilius* , 6 *Æneid*
Ovidius , 9 Metam.

Rogos) Νεκροκαυστία, ſive cadaverum *cremati*
eſt *antiqua* quidem, non tamen antiquiſſima. Apud
Athenienſes enim rex eorum *Cecrops* , non crema
tus, ſed *humatus* & terræ mandatus eſt. *Cicero*
2 de Legib. *Arnobius* , 6 lib.adverſ. gent. *Cre*
mationis autem initium ad *Herculem* referunt,
quo Argeus aliquis hoc modò ſepultus eſt. Scolia
ſtes, ad *Homeri*, 1 *Iliad*. Saltem temporibus The
banis ac Troïcis illa *apud Græcos* uſitatiſſima. *Sta*
tius, 7 & 12 *Theb*. *Homerus*, 1 & 23 *Iliad*
quinimo & poſtea. *Thucydides*, 2 lib. & *Lucretius*
6 lib. de peſte apud Athenienſes. *Terentius*, *Andr*
1 act. 1 ſcen. *Lucianus*, de Luctu. *Silius*, 1:
Punic. Sic etiam illa *cæteris gentibus* familiaris
nempe *Gallis, Germanis*, populisque *Septentriona*
libus pluribus. *Cæſar*, 6 B. *Gallic*. *Tacitus*, de
morib. *Germ*. 27 cap. *Mela*, 3 lib. 2 cap. Mi
nimè verò Ægyptiis; ut & Ignem pro deo colen
tibus, Perſis. *Herodotus*, 3 lib. *Laërtius*, in proëm
at Romanis, ab ipſa urbe condita (negat *Plinius*
7 lib. 54 cap.) ferè uſque ad Theodoſium jun. *Ovi*
dius, 4 Faſtor. de Remi. *Silius*, 10 *Pun*. de Pauli
Lucanus, 8 *Pharſal*. de Pompeji reliquiis. &c. & tan
dem *Macrobius*, Theodoſii coævus, 7 lib. 7 cap.

Cineres) Ne tamen *crematione* amicorum omni
abiret memoria, priſci *cineres* & *oſſium reliquias reli*
gioſè collectas ad poſteros transmisêre. Huic auten
re

rei inſerviebant *urnæ*, ollæ, cadi, cacabi, &c. Eæ ſimplices & Fictiles. *Crinagoras*, Antholog. 3 lib. 6 tit. *Propertius*, 2 lib. 11 eleg.

Deinde ubi ſuppoſitus *cinerem* me fecerit ardor,
Accipiat manes parvula *teſta* meos.

Marmoreæ. *Dio*, 76 lib. de Severi. Argenteæ. *Ammianus*, 19 lib. 2 cap. de Grumbatis, Chionitarum regis filii. Æneæ. *Virgilius*, 6 *Æneid.* quinimò & Aureæ. *Homerus*, 23 & 24 *Iliad. Moſchus*, 4 Idyll. *Plutarchus*, de regis Demetrii; *Eutropius*, de Trajani; *Spartianus*, de Severi.

Miſcebimus) Quod & familiare erat Catharis, Indiæ genti. *Diodorus*, 17 & 19 lib. Thracibus. *Solinus*, 15 cap. Uvendis, Sclavorum ſeu Thuringorum generi. *Vunefridus* Anglus, in epiſt. ad Eduardum reg. Gallis. *Mela*, 3 lib. 2 cap. Indis. *Cicero*, 5 *Tuſculan. Servius*, ad 5 *Æneid. Val. Max.* 2 lib. 6 cap. 14 exemp. *Strabo*, 15 lib. *Ælian.* 7 Var. 17. *Propert.* 3 lib. 11 eleg.

Felix Eöis lex funeris una maritis,
Quos aurora ſuis rubra colorat equis.
Namque ubi mortifero jacta eſt fax ultima lecto,
Uxorum fuſis ſtat pia turba comis;
Et *certamen* habent *leti*, quæ viva ſequatur
Conjugium. *pudor* eſt *non licuiſſe mori.*
Ardent victrices, & *flammæ pectora præbent*,
*Imponunt*que ſuis *ora* peruſta *viris.*

quibus adde *Senecam*, 2 Declamat. 2 & 63 epiſt.

XXI.
CALLIRHOE,
ſemetipſam jugulans.

PErfer & obdura.

Ovidius, 3 Amor.

Supraque tuos exſurge dolores,
Infragilemque animum, quo potes uſque, tene.

Pedo Albinovanus, ad *Liv*. conſolat.


Nec enim fortuna querenda
Sola tua eſt. ſimiles aliorum reſpice caſus,
Mitius iſta feres.

Ovidius, 15 Metam.

EXPLANATIO.

Fortuna) Apud Calydonios, in Ætolia, Coreſus, *Bacchi ſacerdos*, deperibat incaſſum virginem quandam Callirhoën. *Repudiatus Bacchi opem* imploravit: qui *Calydonios* dirâ *lue & inſania vexat*. conſulunt Dodones oraculum reſponſum referunt, *iratum* Bacchum *ſanguine* Coreſi vel Callirhoës *placari* poſſe. *Illa* igitur, pro ſalute Calydoniorum ſeſe devovens, vittis & ſertis Bacchicis redimita *ad templum ducitur*. Sed Coreſus,

cujus



CALLIRHOE, ſemetipsam jugulans.

cujus vices erant ſacra facere, amorem recipiebat & *ſe*, non illam victimam ſacro *cultro percuſſit* Quo ſpectaculo admodum commota Callirhoë odium abjecit, *ſibimet* ipſi quoque *jugulum præcidit*. *Pauſanias*, 7 lib. *Achaic.*

Querenda) In *amore* pleraque *amara* & ingrata Sic etenim amorum magiſter, 2 de Arte:

Quod juvat exiguum eſt. *plus* eſt *quod lædit* amantes
Proponant animo multa ferenda ſuo,
Quot lepores in Atho, *quot apes* paſcuntur in Hybla
Cærula *quot baccas* Palladis arbor habet;
Littore *quot conchæ*, *tot* ſunt in amore *dolores*:
Quæ patimur, *multo* ſpicula *felle* madent.

& *Plautus*, Ciſtellar. 1 act. 1 ſcen.

Amor & melle & *felle* eſt fæcundiſſimus
Guſtu qui dat dulce, *amarum ad ſatietatem uſque* aggerit.

unde, ſuaviter admodum, apud *Nemeſianum* 2 eclog. Idas Alconi; & apud *Calpurnium*, 3 eclog Lycidas Iolæ:

Te ſine, væ miſero, mihi lilia nigra videntur,
Nec ſapiunt fontes, & aceſcunt vina bibenti:
At tu ſi venias, & candida lilia fient,
Et ſapient fontes, & dulcia vina bibentur.

cui adde hoc *Hieron. Amalthei* ſuaviſſimum, de clepſydra, ſivè *clepſammidio* potius, epigramma:

Perſpicuus vitro pulvis qui dividit horas,
Dum vagus anguſtum ſæpè recurrit iter,
Olim erat Alcippus, *qui*, Gallæ ut vidit ocellos

Ar

Arſit, & eſt ſubito *factus ab igne cinis.*
Irrequiete cinis! *miſeros* teſtabere *amantes,*
More tuo, *nullâ* poſſe *quiete frui.*

Similes) Videantur Amatoriæ narrationes *Plutarchi*, & Heroïdum epiſtolæ & Metamorphoſis *Naſonis*, præter amoris Triumviros, *Catullum, Tibullum, Propertium*que; atque illos recentiores, *Ioh. Secundum, Hieron. Angerianum*, ac *Mich. Marullum*, ut & *Sannazarium*; qui de ipſo ſic in Epigramm.

Miraris liquidum cur non diſſolvor in amnem,
Cum *nunquam ſiccas* cogar habere *genas.*
Miror ego, in tenues potius non iſſe favillas,
Aſſiduè *carpant* cum mea *corda faces.*
Scilicet ut *miſero* poſſim ſupereſſe *dolori,*
Sic *lacrymis flammas temperat* acer *amor.*

XXII.

LEANDER,

mari ſe crediturus.

V*Iderat* adverſâ poſitam ſub rupe *Leander*
 Lampada, *certa ſuæ ſigna vocantis* Herùs.
Dumque procelloſo *dubitat ſe credere ponto*,
 Et ſæpè in fluctus fertque refertque pedem;
Si gravis eſt fluctus, ſi fortes æquoris undæ,
 Fortior eſt noſtro fluctus amoris, ait.
Scilicet infidum mare perdere vellet amantes,
 Ex quo nata Cypris, natus & omnis amor!
Sed cupiat. noſtro non unda potentior igne;
 Exſiccare fretum vel mea *flamma poteſt.*

Ignotus, apud *Nic. Mercerium*
Epigramm. 2 lib. 12 cap.

EXPLANATIO.

Viderat) Helleſpontiacum mare, ſeptem tantun ſtadiis, Europam ab Aſiâ dividens, Seſton in Europâ, Herûs patriam, & Abydum in Aſiâ, ex qu Leander, adverſas urbes habet. Cum verò Leander *Abydenus Seſtiam puellam* miſerè *deperiret*, pe Helleſpontum *noctu ad eam natare* conſueverat Quod ubi aliquoties non infeliciter ceſſiſſet, jan *factus audacior*, *cum mari tumido* & impacato *ſe*

com-



LEANDER, *mari ſe crediturus.*

commiſiſſet, vi ventorum fluctuumque victus, in Helleſponto *ſubmerſus eſt*. *Muſæus*, de *Her.* & *Leandr.* *Ovidius*, 18 & 19 Epiſt. Heroïd.

Credere) Non inelegans illud eſt Martialis, 25 Spectaculor. de natatore hoc noſtro:

Cum peteret dulces audax Leandrus amores,
Et feſſus tumidis *jam premeretur aquis*.
Sic miſer inſtantes *affatus* dicitur *undas*:
Parcite, dum propero; *mergite*, dum redeo.

Fluctus) *Ariſtoteles*, 12 & 13 problemat. 23 artic. notatum reliquit *in mari facilius quam in flumine* natari; quod mare propter aquæ craſſitiem, corpora humana, ut & cætera onera facilius elevata retineat. Interim *natatio* priſcis, *inter exercitia* nobiliora, valetudinis conſervandæ causâ. Quinimò ipſius exiſtimatio tanta, ut *pueri* non minus *arte natandi* quam primis elementis literarum imbuerentur. Hinc in bardum & prorſus inertem: *neque natare, neque literas novit*. Ea autem in *gymnaſiis*, ut & privatis *balneis*, ſubindè ſatis magnis. *Feſtus*. *Plinius*, 2 lib. & 17 epiſt. Imo, apud Romanos, *milites* ſæpè *nando exercitati*. *Vegetius*, 1 lib. 10 cap. & 2 lib. 23 cap. & 3 lib. 4 cap. Inde, ob *natandi ignorantiam*, Cyri exercitui magnum illatum incommodum. *Xenophon*, in Expedit. Cyr. min. Sic Julius *Cæſar nandi peritiſſimus*. *Suetonius*, 57 cap. *ſeſe conſervavit*, navigio militum multitudine depreſſo. Idem 64 cap. *Hirtius*, de bell. *Alexandrin.* *Dio*, 42 lib. *Florus*, 4 lib.

lib. 2 cap. *Appianus*, 2 B. Civil.

Cypris) Venerem pelago exortam quis neſcit? ideantur *Servius*, ad 5 *Æneid.* 801 verſ. *Apuleius*, 1 Apolog. & 2 Metam. *Arnobius*, 4 lib. dverſ. gentes. *Quint. Calaber*, 5 lib. de clypeo chill. &c. ſic appellata Ἀναδυομένη, *iterum emerens*, è mari nempe, *Ariſteneto*, 1 lib. 7 cap. *Plinio*, 5 lib. 10 & 11 cap. de *picturâ* Apellis, ab Auguſto *n delubro* patris *Cæſaris dicatâ.* ut & *Antipatri* Sidonio, Antholog. 4 lib. 12 cap. cujus epigramma Latinè, 104 carm. ſic effert *Auſonius*:

Emerſam pelagi nuper *genitalibus undis*
Cyprin, Apelleï cerne laboris opus.
Ut complexa manu madidos ſalis æquore crines
Humidulis ſpumas ſtringit utraque comis.

Exſiccare) Audaciſſima profectò hyperbole; qualibus ſæpè ſæpius eleganter uſi veteres. en *Valer. Æditui*, apud *Gellium*, Noct. *Attic.* 19 lib. 9 cap.

Quid *faculam præfers*, Phileros, *quâ nil opu* nobis:
Ibimus; *hoc lucet pectore flamma ſatis.*
Iſtam nam potis eſt vis ſæva extinguere venti,
Aut imber, cælo candidu præcipitans.
At contrà, hunc ignem Veneris, ſi non Venus ipſa,
Nulla eſt quæ poſſit vis alia opprimere.

quinimò *Porcii Licinii*, apud eundem, loc. cit.

Cuſtodes ovium, teneræque propaginis, agnûm,
Quæritis ignem? ite huc; quæritis? *ignis homo* eſt.
Si digito *attigero*, *incendam ſylvam* ſimul omnem.
Omne *pecus flamma* eſt; omnia *quæ video.*

XXIII.
ORPHEUS,
uxorem ab inferis repetens.

JAmque *pedem referens*, caſus evaſerat omnes,
Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras,
Pone ſequens(namq; hanc dederat Proſerpina legem)
Cum ſubita incautum dementia cepit amantem:
(Ignoſcenda quidem ſcirent ſi ignoſcere manes)
Reſtitit, Eurydicemque ſuam jam luce ſub ipſa
Immemor, heu, *victusque animi reſpexit.* ibi omnis
Effuſus labor, atque immitis rupta tyranni
Fœdera: terque fragor ſtagnis auditus Avernis.
Illa, quis & me, inquit, miſeram & te perdidit,
Orpheu!
Quis tantus furor? en iterum crudelia retrò
Fata vocant, conditque natantia lumina ſomnus.
Jamque vale! *feror ingenti circumdata nocte*,
Invalidasque tibi tendens, heu non tua, palmas.
Dixit: & *ex oculis ſubitò ceu fumus in auras*
Commiſtus tenues fugit diverſa; neque illum
Prenſantem necquicquam umbras, & multa volentem
Dicere, præterea vidit.

Virgilius, 4 Georgic.

Hanc ſimul & legem Rhodopeïus accipit Orpheus;
Ne flectat retrò ſua lumina, donec Averna

Exie-



ORFEVS, uxorem ab inferis repetens.

Exierit valles, aut irrita dona futura.

Carpitur acclivis per muta ſilentia trames
Arduus, obſcurus, caligine denſus opacâ.
Nec procul abfuerant telluris margine ſummæ:
Hic, ne deficeret, metuens, avidusque videndi,
Flexit amans oculos. & protinus *illa relapſa eſt.* (tans,
Brachiaque intendens, prendique & prendere cer-
Nil niſi cedentes infelix arripit auras.

Ovidius, 10 Metamorph.

EXPLANATIO.

Referens) Orpheus, Apollinis & Calliopes (aliis Oeagrii fluminis & Polyhymniæ Muſæ) filius, *Eurydicem* nympham *amavit*, quam ſono citharæ mulcens uxorem duxit. Hanc Ariſtæus paſtor dum amans ſequitur, illa fugiens *in ſerpentem incidit*, & morſa *periit*. Poſtque *maritus ad inferos deſcendit*, & legem accepit, *ne eam converſus aſpiceret*. Quam *converſus* aſpiciens, iterum *perdidit*. *Hyginus*, 164 Fab. *Ovidius*, 10 Metam. *Virgilius*, 4 Georgic. *Pauſanias*, in *Bæotic*.

Reddita) *Reditus* enim ab inferis *difficillimus*. *Virgil*. 6 *Æneid*.

Facilis deſcenſus Averni;
Noctes atque dies patet atri janua ditis:
Sed revocare gradum, ſuperasque evadere ad auras,
Hoc opus, *hic labor eſt*. pauci quos æquus amavit
Juppiter, aut ardens evexit ad æthera Virtus,
Dîs geniti, potuêre.

Aver-

Avernis) Eſt *Avernus* Campaniæ lacus, prope Baias; quem Plutoni dicatum, & *limen inferorum* eſſe vetuſtas credidit. *Silius*, 12 B. *Punic.*

Ille olim populis dictum *Styga*, nomine verſo
Stagna inter celebrem nunc mitia monſtrat *Avernum*.

Dictus ἄορνος Græcis, *avibus carens*; quod *aves* ſupervolantes exhalationibus ſulphureis *abiget* vel & *enecet*. *Virgilius*, 6 *Æneid.*

Spelunca alta fuit, *vaſto*que *immanis hiatu*,
Scrupea, *tuta* lacu nigro, nemorumque *tenebris*.
Quam ſuper haud ullæ poterant impunè *volantes*
Tendere iter pennis; talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens ſupera ad convexa ferebat:
Unde locum Graii dixerunt nomine *Aornon*.

XXIV.

XXIV.

ALCYONE,

in mare ſeſe præcipitatura.

DUmque notata oculis reminiſcitur acta, fretumque
Proſpicit, in liquidâ ſpatio diſtante tuetur
Neſcio quid quaſi corpus aquâ. primòque quid illud
Eſſet, erat dubium. poſtquam paulum appulit undæ,
Et, quamvis aberat, *corpus* tamen *eſſe* liquebat.
Quis foret, ignorans. quia *naufragus*, omine mota eſt;
Et, tanquam ignoto lacrymas daret, heu miſer, inquit,
Quisquis es, & ſi quà eſt conjux tibi! *fluctibus actum*
Fit propius corpus. quod quo magis illa tuetur,
Hoc minus & minus eſt mentis. jam jamque propinquæ
Admotum terræ, jam quod cognoſcere poſſet
Cernit. *erat conjux.* Ille eſt! exclamat, & unà
Ora, comas, veſtem lacerat; tendensque trementes
Ad Ceyca manus, ſic, ô cariſſime conjux,
Sic ad me miſerande redis? ait. *adjacet undis*
Facta manu *moles*, quæ primas æquoris undas
Frangit, & incurſus quæ prædelaſſat aquarum.
Inſilit huc.

Ovidius, 11 Metamorph.



ALCYONE, in mare ſeſe præcipitatura.

24

EXPLANATIO.

Proſpicit.) Ceyx Luciferi filius, Dædalioni fratris caſu ſollicitus, *in Ioniam*, ad oraculum Clarium conſulendum *iter conſtituit.* Verum in Ægæo mari Ceyx, gravi orta tempeſtate, *naufragium fecit.* Alcyone, Æoli filia, ipſius *interitu per ſomnium nunciato*, ad littus, unde maritus ſolverat, accurrens, *cadaver* exangue Ceycis fluctibus maris circumvolvi eminus *conſpexit*, & confeſtim ipſa ſeſe in mare præcipitavit. *Ovidius* 11 Metam. *Hyginus*, 65 Fab. *Lucianus*, in *Alcyone.*

Naufragus) Circa *naufragos* viliores, & nautas tria notantur apud priſcos.

1. *Naufragium* depictum in *tabella*; quam de faſcia ex humeris nautæ ſuſpendebant, ne caſus ſuos omnibus enarrare cogerentur. Amiſſis itaque omnibus, emendicando *eâ novum æs corrogabant.* *Horatius*, de arte.

Quid hoc? ſi *fractis* enatet exſpes
Navibus, ære dato qui *pingitur.*

Perſius, 1 ſat.

Quippe, & cantet ſi naufragus, aſſem
Protulerim? cantas, cum *fractâ* te *in trabe pictum*
Ex humero portes:

& *Martialis*, 12 lib. 57 epigr.

Nec *faſciato* naufragus loquax *trunco.*

Tan-

Tandem tamen eadem *tabella* Iſidi, Caſtori & Polluci, *diis* præſidibus, *dicata*. *Cicero*, 3 Nat. Deor. ubi de Diagora atheo. *Priapeiorum*, 37 carm. *Juvenalis*, 12 ſat.

Pars dira quidem, ſed cognita multis,
Et quam *votivâ* teſtantur fana *tabellâ*
Plurima, *pictores* quis neſcit *ab Iſide paſci*?

II. *Veſtimenta*, cum quibus evaſerant; quæ *in templis*, unà cum tabellâ votiva *ſuſpendebantur*. *Horatius*, 1 lib. od 5.

Me *tabula* ſacer
Votiva paries indicat *uvida*
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris deo.

III. *Raſura*; liberationis ſignum. *Juvenalis*, 12 ſat. de Bajis & Lucrino ſinu:

Gaudent ibi *vertice raſo*
Garrula ſecuri *narrare pericula nautæ*.

Miſerande) Miſerrimum veteribus *in aquis interire*; quemadmodum notavimus, 5 pag. ad Deucalionis picturam.

XXV.
THYESTES,
neſario convivio à fratre exceptus.

QUas miſer voces dabo,
Queſtusque quos? quæ verba ſufficient mihi?
Abſciſſa cerno *capita*, & avulſas *manus*,
Et rupta fractis cruribus *veſtigia*!
Hoc eſt quod avidus capere non potuit pater!
Volvuntur intus viſcera, & clauſum nefas
Sine exitu luctatur, & quærit viam.
Da, frater, enſem. ſanguinis multum mei
Habet ille. ferro liberis demus viam!
Negatur enſis. pectora illiſo ſonent
Concuſſa planctu. ſuſtine, infelix manum;
Parcamus umbris. tale quis vidit nefas?

Seneca, Thyeſt. Tragoed. 5 Act. 3 ſcen.

EXPLANATIO.

Miſer) Alternis annis regnandi vices pacti Atreus & Thyeſtes, Pelopis ex Hippodamiâ filii, Argis imperabant. Thyeſtes, *adjuvante Ærope*, fratris uxore, quam in adulterium pellexerat, *aureum arietem*, in cujus poſſeſſione regni fatum, *amovet*, & malè conſcius in exilium abit. Atreus evaſiſſe do-



THYESTES, neſario convivio à fratre exceptus.

dolens, miſſis ſuis filiis velle ſe in gratiam redire ſimulat. oblatâ regni parte illi ſuadet & perſuadet. Tres Thyeſtis *liberos*, quos obſides acceperat, ad aras immolatos, partim aſſos partim elixos *patri* neſcienti *epulandos apponit*. ſub ſinem convivii *capita* illi & *manus oſtendit*, quaſque dapes abſumpſerit, inſultans ejus luctui & imprecationibus, enarrat. *Hyginus*, 258 Fab.

Capita) Immanitatis exempla ſimilia pete è *Pindaro*, 1 *Olympic.* de *Tantalo*, filium ſuum Pelopem diis hoſpitibus apponente. *Ovidio*, 6 Metam. de *Progne*, filium marito epulandum tradente. & *Juſtino*, 1 lib. 5 cap. de *Cambyſe* rege filium Harpagi interfectum patri inter epulas apponente.

Frater) De fratrum rara gratia diximus ad Jocaſtæ tabulam: nihil repetimus.

Planctu) Veteres, in gravi luctu, *pulvere* & *cinere ſeſe conſpergebant*. Sic *Seneca*, *Troad.* 1 act, chor.

Fidæ caſus noſtri comites,
Solvite crinem. per colla fluant
Moeſta *capilli*, tepido Troiæ
Pulvere turpes....
Complete manus. hoc ex Troiâ
Sumpſiſſe licet.

Veſtimenta *dilacerabant*. Poëtarum princeps, 12 *Æneid.*

It *ſciſſâ veſte* Latinus,
Conjugis attonitus fatis, urbiſque ruinâ.

Ovi-

Ovidius, Heroid. 5 epiſt. Oenones.

Tunc vero *rupique ſinus*, & pectora *planxi*,
Et ſecui madidas ungue rigente genas.

& *Statius*, 2 ſylv. de Ated. Meliore:

Tu modo fuſus humi, lucem averſaris iniquam,
Nunc torvus pariter *veſtes* & pectora *rumpis*,
Dilectosque.

& palmis, pugnis & unguibus, *in genas* & *pectora* denudata, *ſæviebant*. *Seneca*, *Troad.* loc.cit.

Vacet ad crebri verbera *planctus*
Furibunda manus.

Lucanus, 2 *Pharſal.*

Quarum una madentes
Sciſſa genas, *planctu* liventes atra lacertos,
Nunc, aït, ô miſeræ contundite pectora matres,
Nunc laniate comas.

XXVI.

OENONE,

à Paride deſerta.

INciſæ ſervant *à te* *mea nomina fagi*,
Et legor Oenone falce notata tuâ.
Et quantum trunci, tantum mea nomina creſcunt.
Creſcite, & in titulos ſurgite rite meos!
Populus eſt, memini, fluviali conſita ripa:
Eſt in quâ noſtri littera ſcripta memor.
Popule vive precor, quæ conſita margine ripæ,
Hoc in rugoſo cortice carmen habes:
Cum Paris Oenone poterit ſpirare relictâ,
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Xanthe, retro propera, verſæque recurrite lymphæ,
Suſtinet Oenonen deſeruiſſe Paris.

Ovidius, 5 epiſt.
Heroïd. *Oenon.*

EXPLANATIO.

Mea) Oenone, Nympha Idæa, capta mutuo *amore Paridis*, cum ille, incognitus adhuc, in Idæ montis jugis pecus paſceret. Fertur & fatidicam fuiſſe, *Paridi*que in Græciam naviganti futurum ut inde *patriæ incendium* referret ſecum, *prædixiſſe*. Poſtmodum tamen Paridis interempti cadavere ad Oe-



ENONE, à Paride deserta.

Oenonem relato, illa, priſtini amoris recordatione, ad primum ſtatim peramati conſpectum, concidit mortua, & cum ipſo eſt eodem funere elata. *Dictys Cretenſ.* de bell. *Trojan.*

Nomina) *Arborum corticibus inſcribere* carmina & *nomina* priſcis agricolis & paſtoribus admodum familiare. *Virgilius* enim, 10 eclog.

Certum eſt in ſylvis, inter ſpelæa ferarum
Malle pati, tenerisque meos *incidere amores*
Arboribus; creſcent illæ, creſcetis amores.

Vetus epigramma, quod de qualitate vitæ:

Quando ponebam novellas arbores mali & pyri,
Cortici ſummæ *notavi nomen* ardoris mei.
Nulla fit exinde finis, vel quies cupidinis,
Creſcit arbor, gliſcit arbor, ramus implet litteras.

Quibus adde *Euripidem*, in *Hippolyt.* *Nemeſianum*, 1 eclog. *Calphurnium*, 3 eclog. *Ariſtenetum*, 1 lib. 10 epiſt. &c.

Populus) *Herculi dicata* arbor. *Virgilius*, 7 eclog. cui ſacra facientes, ramis populeis coronantur. Idem, 8 *Æneid.* gaudet autem *plantari in locis* præſertim *humidis* & irriguis, *fluviorum*que extremis *marginibus.* Idem vates, cit. eclog.

Fraxinus in ſylvis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluviis.

& *Ovidius*, 5 Metam.

Cana ſalicta dabant, *nutrita*que *populus undâ*,
Sponte ſua natas ripis declivibus umbras.

Xanthus) *Troadis* ille *fluvius*, ab Idæ montis ra-

radicibus defluens, Troiam tranſiens, & Simoenti unctus in Helleſpontum ſemet exonerans. *Plinius*, 5 lib. 30 cap. *Strabo*, 13 lib dictus Scamander, & Ξανθὸς, *flavus*, quod vellera ovium *flavo* colore ſaturet. *Ariſtoteles*, 3 lib. Hiſt. Animal. Meminit, præter (*Virgilium*, in *Æneid.*) *Seneca*, *Thebaid.* 4 act.

Hinc grata Cereri Gargara, & dives ſolum,
Quod *Xanthus* ambit, *nivibus Idæis* tumens.

belli Troiani tempore propter ſæpius repetita prælia cadaveribus ſubindè replebatur, eodem teſte, *Troad.* 2 act. de Achille.

Aut cum inter acies marte violento furens,
Corporibus amnes cluſit; & quærens iter
Tardus cruento Xanthus erravit *vado.*

quinimò, tempore Cæſaris de Pompeio triumphantis, vix apparebat, ſi credamus *Lucano*; qui ſic, 9 *Pharſal.*

Tota teguntur
Pergama dumetis. etiam periere ruinæ.
Aſpicit Heſiones ſcopulos; ſylvasque latentes
Anchiſæ thalamos; quo judex ſederit antro.
Unde puer raptus cælo. quo vertice Naïs
Luſerit Oenone. nullum eſt ſine nomine ſaxum.
Inſcius in ſicco *ſerpentem* pulvere *rivum*
Tranſierat, *qui Xanthus erat*.

XXVII.
IPHIGENIA,
immolata.

PErmanet Aoniis Nereus violentus in undis;
Bellaque non transfert; & ſunt qui parcere Trojæ
Neptunum credant, quia moenia fecerat urbis.
At non Theſtorides: neque enim neſcitve, tacetve,
Sanguine virgineo placandam virginis iram
Eſſe deæ. poſtquam pietatem publica cauſa,
Rexque patrem vicit; caſtumque datura cruorem
Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris.
Victa dea eſt; *nubemque oculis objecit*; & inter
Officium turbamque ſacri, vocesque precantum,
Suppoſitâ fertur mutaſſe Mycenida cervâ.

Ovidius, 12 Metamorph.

AUlide quo pacto Triviai virginis aram
Iphianaſſaï turpârunt ſanguine foedè
Ductores Danaûm dilecti, prima virorum.
Quo ſimul infula virgineos circumdata comtus
Ex utrâque pari malarum parte profuſa eſt.
Et *mæſtum ſimul antè aras* adſtare *Parentem*
Senſit, & hunc propter ferrum celare miniſtros,
Adſpectuque ſuo lacrymas effundere cives.
Muta metu *terram genibus ſummiſſa petebat*,
Nec miſeræ prodeſſe in tali tempore quibat
Quod patrio princeps donârat nomine regem. (ras
Nam ſublata virûm manibus, tremebundaque ad a-

De-



IPHIGENIA, immolata:

Deducta eſt, non ut, ſolemni more ſacrorum
Perfecto, poſſet claro comitari Hymenæo:
Sed caſta inceſtè nubendi tempore in ipſo
Hoſtia concideret mactatu mœſta parentis,
Exitus ut claſſi felix, fauſtusque daretur.

Lucretius, 1 lib. Rer. Naturâ.

EXPLANATIO.

Virgines) Achivi expeditionem duce Agame-none in Troiam facturi, cum in Aulide ſacrifi-rent, & reliquos Græciæ principes ibidem e-ſpectarent, *Agamemnon* Dianæ ſacratam *cerv*-imprudens *occidit*. *Dea* itaque irata tantam te-peſtatem concitavit, ut eorum *claſſis* inde *ſolv*-*nequiret*. Peſte quoque ibidem graſſante, co-ſultus Calchas vates, Theſtoris filius, reſpond-hoc malum non niſi *Agamemnonis filiæ immolati*-poſſe tolli. *Iphigeniam* ergò patris conſenſu -aram deductam, Diana *ſurripit*, ejusque lo-*cervam ſubſtituit*. *Euripides*, in *Iphigen. Aul*-*Plinius*, 35 lib. 10. & *Valer. Maximus*, 8 li-12 cap. 5 exempl. in ingenioſâ Thimantis pictu-

Aram) Ara veteribus dicta q. *alta area*; vel *anſa*, quod anſulis feratur. *Varro*, apud *Mac*-*bium*, 3 lib. 2 cap. vel ab ardendo: plerumqu-*marmore*. *Ovidius*, 9 Metam. de Hercule:

Thuraque dat primis, & verba precantia flammi-
Vinaque *marmoreas* paterâ fundebat ad *aras*.

ius tamen è vivo *ceſpite*. *Juvenalis*, 12 ſat.
Natali, Corvine, die mihi dulcior hæc lux,
Qua *feſtus* promiſſa deis *animalia ceſpes*
Exſpectat; niveam reginæ cedimus agnam.
eas & *Horatium*, 1 lib. 19 od. & 3 lib. 8 od.
idium, 5 Triſt. 5 eleg. 4 & 7 Metam. *Se*-
am, *Lucanum*, &c.

Miniſtris) *Popis*, & *Victimariis*; qui victimas ad
s deducebant, tenebant, ligabant, feriebant,
gulabant & mactabant. Hi (in marmoribus
tr. San. Bartholi, 1, 2, 3, 41 & 42 Tab.) nudi,
ſuccincti. *Propertius*, 4 lib. 3 eleg.

Illa dies hornis cædem denunciat agnis,
Succinctique calent ad nova lucra *popæ*.

Lucanus, 1 *Pharſal*.

Impatiensque diu non grati victima ſacri,
Cornua *ſuccincti* premerent cum torva *miniſtri*,
Depoſito victum præbebat poplite collum.

Mycenida) *Iphigeniam*, Agamemnonis *Myce*-
arum & Argivorum *regis* filiam: quam verè
immolatam & interfectam aſſerunt *Pindarus*, *Pau*-
nias, *Lucretius*, *Propertius*, *Horatius*, &c.

XXVIII.

XXVIII.
PHILOCTETES,
à Græcis relictus.

NOn te, Pæantia proles,
Expoſitum Lemnos noſtro cum crimine habere
Qui nunc(ut memorant)ſylveſtribus *abditus ant*
Saxa moves gemitu; Laertiadæque precaris
Quæ meruit; quæ (ſi dii ſunt) non vana precari
Et nunc ille eadem nobis juratus in arma;
Heu! pars una ducum, quo ſucceſſore *ſagittæ*
Herculis utuntur, fractus morboque fameque,
Velatur aliturque *avibus*; volucresque petendo,
Debita Troianis exercet ſpicula fatis.

Ovidius, 13 Metamorph

Hoc erat *in* gelido quare Pæantius *antro*
Voce *fatigaret* Lemnia *ſaxa* ſuâ.

Ovidius, Triſt. 5 lib. 1 eleg

Poenè *decem* totis *aluit* Pæantius *annis*
Peſtiferum tumido *vulnus* ab angue datum.

Ovidius, Triſt. 5 lib. 2 eleg

EXPLANATIO.

Proles) Philoctetes, Pæantis filius, inter Argonautas olim quoque (*Val. Flaccus*, 1 *Argonaut* 391.) non ignobilis. Ei, comiti ſuo, *Hercules* in

Oe-



PHILOCTETES, à Græcis relictus

28

Oeta monte concremandus *arcum* & *ſagittas* derat; nempe ſine quibus Troiam capi non p Oraculum reſponderat. At venenatarum *ſagi rum una* ipſius *pedem* fortè decidens *ſaucia* Græcique, cum per dolorem vulneris navig non poſſet, *eum* in inſulam Lemnon *expoſuer* Philoctetes itaque relictus, aucupio ſagittarum tam miſerrimè propagare; *pennarumque conte corpus* obtegere & *velare* coactus fuit. *Sophoc* in *Philoctet*. *Pindarus*, *Pythior.* 1 od. *Theoc tus*, idyll. *Scoliaſtes* ad *Lycophron. Smyrna* Paralipom. 5 & præſertim 9 lib *Socrates*, P *loſtratus* jun. variante plurimum narratione.

Antris) In quibus vitam ſecurè tranſigebant tiquiſſimi. *Ovidius*, 1 Metam. 121 verſ.

Tum primum ſubiêre domos; *domus antra fuer*
Et denſi frutices, & junctæ cortice virgæ.

Juvenalis, 6 ſat. in principio:

Cum frigida parvas
Præberet ſpelunca domos, ignemque, laremque;
Et pecus & dominos communi clauderet umbra
Sylveſtrem montana torum cum ſterneret uxor
Frondibus & culmo, vicinarumque ferarum
Pellibus.

Videatur & *Lucretius*, 5 lib.

Gemitu) Sic etenim de eo *Attius* apud *Cice nem*, de Finib. 2 lib.

Quando *ejulatu, queſtu, gemitu, fremitibus*
Reſonando multum, flebileis voces ciët.

Videatur ille, prout mihi placet, *juxta arcum*, & *pharetram* ex arbore *ſuſpenſam*, *reſidens*, in gemmâ, apud *Fortunat. Licetum*, Gemmar. Annular. 57 Schemat.

Sagittæ) *Trojæ fatalia tela*; ſine quibus illa inexpugnabilis. Unde quoque tandem *Philoctetes* ab Ulyſſe & Diomede ex Lemno *reductus*; ut ſcilicet illis excidium Trojæ feſtinaretur. *Sophocles*, & *Q. Smyrnæus*, lib. cit. *Ovidius*, 13 Metam. 402 verſ. Hæ autem *ſagittæ*, poſteriori quoque ævo, ſummâ cum reverentia *apud Thurinos* (Magnæ Græciæ in Italiâ populum) in delubro Apollinis *adſervatæ*. *Juſtinus*, 20 lib. 1 cap.

Morbo) Quem *ſanavit*, eo revocato, *Machaon*, medicus inter Græcos peritiſſimus. *Propertius*, 2 lib. 1 eleg.

Tarda *Philoctetæ ſanavit crura* Machaon.

Verumtamen & poſtmodum turpior ei à Venere, Paridis, (ipſius ſagittis læſi) mortem vindicante, immiſſus. Interpræs *Thucydidis*, ad 1 lib. *Martialis*, 2 lib. 84 epigr. *Auſonius*, 71 epigr.

Velaturque) Citatus *Cicero*, verbis *Attii*, 5 lib. de Finib.

Configit tardus celeres, ſtans volatiles,
Pro veſte *pinnis membra textis* contegens.

XXIX.

ACHILLES,

bellum detrectans.

VEnerunt ad te *Telamone & Amyntore nati;*
Ille gradu proprior ſanguinis, ille comes;
Laërteque ſatus: per quos comitata redirem.
Auxerunt blandâ *grandia dona* prece...
Quid tamen exſpectas? Agamemnona pœnitet iræ,
Et jacet ante tuos Græcia mœſta pedes.
Vince animos, iramque tuam, qui cætera vincis.
Quid lacerat Danaas impiger Hector opes?
Arma cape, Æacide: ſed me tamen ante receptâ;
Et preme turbatos, Marte favente, viros.
Propter me mota eſt; propter me deſinat ira;
Simque ego triſtitiæ cauſa, moduſque tuæ!

Ovidius, 3 Heroïd epiſt. *Briſeid.*

EXPLANATIO.

Venerunt) Poſtquam Græci Phrygiam, partem minoris Aſiæ, appulerunt, urbes Trojæ finitimas, inſulæ Lesbo præſertim oppoſitas, hoſtili more depopulati ſunt. Inter quos Achilles, Thetidis & Pelei filius, Chryneſium oppidum expugnavit, & inſignes virgines duas ſecum abduxit; Aſtyno-



ACHILLES, bellum detractans.

nomen, Chryſæ (qui Apollinis Sminthei ſacerdos filiam, & Hippodamiam, Briſæ prognatam. Chryſen autem Agamemnoni, Græcorum princip conceſſit, *ſibi reſervatâ Briſeïde.* Sed cum, Deorum juſſu, cogeretur Agamemnon Chryſen patr reſtituere, *Briſeida Achilli eripuit.* Qui *indignatus à bello* diu *abſtinuit.* Græcis intereà multis præliis feſſis & protritis, *Ajax*, *Phoenix* & *Ulyſſes* ad Achillem *ablegantur*, ingentia don pollicentes, ſi deſiſtat iraſci, & ſe auxiliatorer feſſis rebus accommodet. At ille nullius ſuaſion vel precibus ad arma adverſus Troianos ſumenda animari potuit; *legatique* Achivorum, re no impetratâ, *irriti reverſi.* *Homerus*, 9 *Iliad.* *Au ſonius*, in Argument.

Telamone) *Ajax*, *Telamonis* ex Heſionâ Phrygia *filius*; ut *Phoenix*, Achillis præceptor, *Amyntoris*, & *Ulyſſes* *Laërtis* ex Anticlea: quoru mentio apud *Homerum*, *Q. Smyrnæum*, *Ovidium*, &

Comitata) *Briſeïs.* Licet enim dicta *caſt* *Iſidoro* (9 lib. 3 cap) quaſi *caſta*, & *Properti* optet, 3 lib. 4 eleg.

Romanis *utinam patuiſſent caſtra puellis,*
Eſſem militiæ ſarcina fida tuæ.

liquet hîc tamen, heroïcis temporibus, *mulier* etiam *caſtris* adhæſiſſe. Quinimò & ſequentib Unde *Scipio Æmilianus duo ſcortorum millia*, qu ſequebantur, *caſtris ejecit.* *Val. Maximus*, 2 li 2 cap. 1 tit. Nam, florente imperio Roman

ni

nunquam iis *intererat mulier.* *Iſidorus*, loc. cit. *Quintilianus*, de *Mariano* Milit. *Servius* ad 3 & 8 *Æneid.* Unde bellaturus *Pompejus* in Lesbo *reliquit uxorem* Corneliam. *Lucanus*, 8 *Pharſal.* & *Flaminius*, iturus in provinciam, *uxorem* à porta *dimiſit.* Seneca, 4 lib. 25 controverſ. Alludit *Statius*, 5 ſylv. 1 carm. de Priſcillâ, Abaſcantii conjuge.

Tecum, omnes animo durata per æſtus:
Et (*ſi caſtra darent*) vellet geſtare pharetram,
Vellet Amazoniâ latus includere pelta,
Dum te pulvereâ bellorum nube videret
Cæſarei prope fulmen equi, divinaque tela
Vibrantem.

Æacida) Ita *Achilles*, Pelei è Thetide filius, *ab avo Æaco*; qui ex Endeïda, Chironis filiâ, ſuſcepit Peleum, & Telamonem, Ajacis patrem. Cernitur autem juvenis, crinibus paſſis & criſtata galeâ conſpicuus, in æreo numiſmate, apud *Canini*, 24 imag. Iræ ipſius meminit quoque *Horatius*, 1 lib. 6 od. ad Agrippam:

Nos, Agrippa, neque hæc dicere, nec *gravem*
Pelidæ *ſtomachum*, cedere neſcii.

& lib de arte, ad Piſones:

Honoratum ſi fortè reponis Achillem,
Impiger, *iracundus*, *inexorabilis*, acer,
Jura neget ſibi nata.

XXX.

PRIAMUS,

à Pyrrho peremptus.

ÆDibus in mediis, nudoque ſub ætheris axe
Ingens *ara fuit*; *juxtaque* veterrima *laurus*
Incumbens aræ, atque umbrâ amplexa penates.
Hîc *Hecuba, & natæ* nequicquam *altaria circum*
(Præcipites atrâ ceu tempeſtate columbæ)
Condenſæ, & *divûm amplexæ ſimulacra petebant.*
Ipſum autem ſumptis Priamum juvenilibus armis
Ut vidit, quæ mens tam dira, miſerrime conjux
Impulit his cingi telis? . .
Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites,
Unus natorum Priami, per tela, per hoſtes,
Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat
Saucius. illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur; jam jamque manu tenet, & premit haſtâ
Ut tandem *ante oculos* evaſit *& ora parentum*,
Concidit, ac multo vitam cum ſanguine fudit.
Hîc Priamus, quanquam in media jam morte tenetur,
Non tamen abſtinuit, nec voci, iræque pepercit.
At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis,
Dii, . . .
Cui Pyrrhus: referes ergo hæc, & nuncius ibis
Pelidæ genitori! illi mea triſtia facta,

De



PRIAMVS, à Pyrrho interemptus.

Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere. hæc dicens, altaria ad ipſa, trementem
Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati;
Implicuitque comam lævâ, dextrâque coruſcum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit *enſem.*

Virgilius, 2 *Æneid*

VIdi execrandum regiæ cædis nefas,
Ipſasque ad aras majus admiſſum ſcelus
Æacidis armis. cum ferox *ſævâ manu*
Comâ reflectens regium tortâ caput,
Alto nefandum vulneri ferrum abdidit.
Quod penitus actum cum recepiſſet libens,
Enſis ſenili ſiccus è jugulo rediit.

Seneca, *Troad.* Tragoed.
1 Act. 1 ſcen.

EXPLANATIO.

Ædibus) Græci, *decimo belli* Trojani *anno*, viribus jam attritis, *ad dolum* confugiunt. Noctu fugam ſimulant, relicto *equo ligneo*, lectiſſimum quemque Grajorum utero abſcondente. Eum Trojani, fraude Sinonis impulſi, dirutâ muri parte, in arce ſtatuunt. Per eam ruinam Græci, nocte intempeſta reverſi, urbem invadunt. Omnia ferro flammisque fœdantur. Priami regia oppugnatur, *Priamus*que *ipſe*, & ipſius *filius* Polites, à Pyrrho, ad aras ipſas *interficiuntur.* *Virgilius*, 2 *Æneid.* *Seneca*, *Troad.* alii.

Lau-

Laurus) *Arbores* ſæpè ſæpius *juxtas aras* fuêre. ideantur marmorum pluries citati *Bartoli* 26, 27 : 29 tab. quibus illuſtratur & *Ovidii*, 12 Metam.

Ut vetus accenſis incanduit ignibus ara,
Serpere cæruleum Danai vidêre draconem
In *platanum*, cœptis *quæ ſtabat proxima ſacris.*

Amplexæ) *Ab aris* enim ut & deorum ſimulacris *upplices*, *non* ſine piaculo, *avellebantur*; prout dic- um ſuperius, 65 pag. ad Tab. Megaræ.

Pyrrhi) Qui *Achillis* è Deidamia Scyria *filius.* De eo, ejusque egregia indole *Horatius*, 4 lib. 6 od. *Statius*, 2 *Achilleid.* *Ovidius*, 13 Metam. *Seneca*, in Troad. &c.

Vocatur autem quoque Neoptolemus (νέος enim *juvenis*, & πόλεμος, *bellum*) quod admodum adoleſcentulus, primum tyrocinium in bello Trojano poſuerit. Videatur, *Q. Smyrnæus*, 7 lib. Omiſſor.

XXXI.

ANDROMACHE,

pro filio ſollicita.

Ad *genua accido*
Supplex, Ulyſſe, quamque nullius pedes
Novêre dextram, pedibus admoveo tuis.
Miſerere matris, & preces placidus pias
Patiensque recipe; quoque te celſum altius
Superi levarunt, mitius lapſos preme.
Miſero datur quodcunque, fortunæ datur.
Sic te reviſat conjugis ſanctæ torus,
Annosque, dum te recipit, extendat ſuos
Laërta! ſic te juvenis excipiat tuus,
Et vota vincens veſtra felici indole,
Ætate avum tranſcendat, ingenio patrem!
Miſerere matris. *unicum afflictæ mihi*
Solamen hic eſt.

Seneca, *Troad.* Tragœd.
3 act. 2 ſcen.

EXPLANATIO.

Ad) Græci, exciſo Ilio, reditum in patriam cogitantes, contrario vento detinebantur. Achillis umbra intereà, ſubitò apparens, ſolvere eos poſſe negat, niſi ſibi debitis inferiis mactaretur Polyxe-

na,



ANDROMACHE, pro filio ſollicita.

na, filia regis Priami. Conſultus Calchas omni nò immolandam pronunciat, *unàque necandu Aſtyanacta*, filium Hectoris. Andromache ver *mater* eum in paterno tumulo *abſconderat*, du Ulyſſem ſupplex orat, at non exorat. Qui *pue rum*, latebris exutum, *ad mortem abducit*. Hi autem mox è turri præcipitatur. *Ovidius*, 13 Me tam. 416 verſ. Q. *Smyrnæus*, 13 lib. *Euripides*, &c

Genua) *Genua* miſericordiæ dicata. Undè ill *tangebant* & amplectebantur *ſupplices*: ut *Achæ menides*, apud *Virgilium*, 3 (vide & 10) Æneid.

Genua amplexus, genibusque volutans
Hærebat. quis ſit, fari, quo ſanguine cretus,
Hortamur.

Medea, apud *Senecam*, 2 act.

Sum nocens, fateor, Creo.
Talem ſciebas eſſe cum *genua attigi*,
Fidemque ſupplex præſidis dextræ petii.

& Parcæ, apud *Claudianum*, 1 Rapt.

Sed Parcæ vetuêre minas, orbique timentes
Ante pedes ſoliumque ducis fudêre ſeveram
Caniciem, *genibus*que ſuas cum ſupplice vultu
Admovere manus.

Addantur hiſce *Euripides*, in *Andromach.* de Oreſte ſupplice. *Homerus*, 24 *Iliad.* de Priamo, filii cadaver redempturo. *Tryphiodorus*, de Sinone, &c. maxime *Plinius*, 11 lib. 45 cap. Hinc & in templis, vota genibus deorum appendebantur, vel cerâ affigebantur. *Juvenalis*, 10 ſat.

Ergo

Ergò ſupervacua hæc, aut perniciofa petuntur,
Propter quæ fas eſt *genua incerare deorum.*

Hic eſt) *Aſtyanax*, Hectoris & Andromachæ lius, de muris præcipitatus; uti in ſuperioribus iximus. Verum, ſi *Dycti Cretenſi* (5 & 6 lib. 3. *Trojan.*) tribuenda fides, Aſtyanacte perempto ıperfuêre Andromachæ filii, & inter eos *Laodanas*; *quos omnes Pyrrhus* unà cum matre, *in Epirum ivexit.* Poſtmodum verò *Andromache*, *Pyrrhi onnubia ſervans* (*Virgilio*, 3 Æneid.) peperit *Moloſſum*, Pialum, & Pergamum. Cæſo verò Pyrrho, vati Heleno enixa eſt Ceſtrinum; quo mortuo *Epiri regnum* (ibi enim exciſâ Troia, relicto in Theſſaliam reditu, Heleno monente, Pyrrhus conſederat) *Moloſſus* adminiſtravit. *Pauſanias*, in *Attic.*

XXXII.

XXXII.
AENEAS,
pius in parentem.

ERgo age, chare pater, *cervici imponere noſtræ.*
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte gravabit
Quo res cunque cadent, unum & commune periclum,
Una ſalus ambobus erit. mihi parvus Julus
Sit comes, & longè ſervet veſtigia conjux...
Tu genitor, *cape ſacra manu, patriosque penates;*
Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros, ſubjectaque colla
Veſte ſuper, *fulvique inſternor pelle leonis,*
Succedoque oneri. *dextræ ſe parvus Julus*
Implicuit, ſequiturque patrem non paſſibus æquis.
Pone ſubit conjux. ferimur per opaca locorum.
Virgilius, 2 Æneid.

EXPLANATIO.

C*ervici)* Trojâ à Græcorum exercitu per fraudem capta, expugnata, incenſa, Æneas, Anchiſæ & Veneris filius, Trojanorum nobilis ductor, cum horribiliter omnia dirui, & igne vaſtari videret, ipſeque in extremo capitis periculo verſaretur, fugâ ſaluti ſuæ proſpicere tandem conſtituit. *Pa-*



ÆNEAS, pius in parentem.

rentem itaque, ætate & morbo confectum, *ſuis h*
meris impoſitum (cui & ſacra commiſerat) nec nc
filium unicum Aſcanium, ſive Julum, cum Creus
dilectiſſima conjuge, clam *ex urbe* eduxit, atqı
hoc modo totam ſuam familiam è mortis diſcr
mine liberavit. *Seneca*, ut ſolet pulcherrimè
de Benefic. 3 lib. 37 cap. *Ovidius*, 13 Metan
& 4 Faſtor. *Martialis*, 11 lib. 5 epigr. alii.

Ille) *Pius* inde meritò dictus Virgilio, cæt
riſque. *Pietas* autem tribuitur hominibus vel dec
rum, vel hominum aliorum reſpectu. Signific
etenim tunc obſequium, reverentiamque, ſangui
ne vel aliâ neceſſitate junctis debitam. ita PIE
TAS quoque Æneæ, in Antonini nummis ſub
ſcribitur. *Triſtanus*, 38 pag. ita Metellus in pa
trem *pius*. *Paterculus*, (præter *Ciceronem*, *Va*
Maximum, &c.) 2 lib. 15 cap. ita Anapus & Am
phinomus, *Catanæi fratres* (cernuntur in Pompe
junioris denario, apud *Urſinum*, 219 pag.) *pii*; quc
mirum in modum deſcribit *Claudianus*, 7 idyll.

Adſpice ſudantes *venerando pondere* fratres,
Divino meritos ſemper honore coli.
Juſta quibus rapidæ ceſſit reverentia flammæ,
Et mirata vagas reppulit Ætna faces.
Complexi manibus fultos cervice parentes,
Attollunt vultus, *accelerant*que *gradus.*

& quæ ſequuntur, elegantiſſima.

Sacra) *Penates*, & *Palladium*, Troiâ antiquius
quod non Troiæ ſed *Dardanidarum* continebat *in*
co

olumitatem. Hoc ſecum tulit *Æneas*. Illeenim)ardanides, ſicuti & *Albani reges* ejus nepotes, tandemque *Romani*. *Dionyſius Halicarn.* 1 lib.

Alii tamen *Æneam*, Paridi, Priamique cæteris liberis infenſum, *prodidiſſe patriam*. (*Homerus*, 13 *Iliad.* *Menecrates Xanthius*, apud citatum *Dionyſium*. *Lutaius*, apud Authorem Origin gentis *Rom.*) *Palladium*que *à Diomede* ſuſcepiſſe, memorant. *Caſſius Hamina* apud *Solinum*, 8 cap. Sed paucorum hiſtoricorum vituperia nunquam extinguent innumerabilium poëtarum encomia.

Locorum) *Trojæ* ſive Ilii conflagrantis; cujus *cineres* profundâ ſanè *caligine obteguntur*. Ea, *bello decennali nobilitata*, poëtarum ſcriptis nobiliſſima, erat in Troade, parte Phrygiæ, *ad Scamandrum* ſive Xanthum (de hoc fluvio ſuperius, 104 pag.) *inter Idam* montem & Ægæi *maris oram*: ita exciſa ut Strabonis ætate ipſius nullum obſervaretur veſtigium. *Strabo*, 13 *lib.* *Recentior* ab Alexandro Magno condita, *in orâ littorali*, hodiè & ipſa exciſa: cujus *rudera* adhuc prætervavigantes cernunt, & *Eski ſtamboul* Turcæ *nominant*. Saltem *Romanorum colonia* fuit, Auguſto principe. *Strabo*, lib. cit. *Plinius*, 5 lib. 33 cap. *Ilienſium* mentionem faciunt *Livius*, 35 & 38 lib. *Suetonius*, in *Jul.* 79 cap. & in *Claud.* 52 cap. *Tacitus*, Annal. 4 lib. 55 cap. & 12 lib. 58 cap. *Juſtinus*, 31 lib. 8 lib. Videantur eorum Numismata apud *Triſtanum*, *Patinum*, *Vaillant*, &c.

XXXIII
AGAMEMNON,
ab uxore perempta.

VEnêre fata. ſanguinem extremæ dapes
Domini videbunt, & cruor Baccho incidet.
Mortifera vinctum perfidæ tradet neci
Induta veſtis. exitum manibus *negat,*
*Caput*que laxi & invii *cludunt ſinus.*
Haurit trementi ſemivir dextrâ latus,
Nec penitus adigit. vulnere in medio ſtupet.
At ille, ut altis hiſpidus ſylvis aper,
Cum caſſe vinctus, tentat egreſſus tamen,
Arctatque motu vincla, & incaſſum furit.
Cupit fluentes undique & cæcos ſinus
Disjicere; & hoſtem quærit implicitus ſuum.
Armat bipenni Tyndaris *dextram* furens.
Qualisque ad aras *colla* taurorum prius
Deſignat oculis, antequam ferro petat;
Sic huc & illuc impiam librat manum.
Habet. peractum eſt. pendet exigua malè
Caput amputatum parte, & hinc trunco cruor
Exundat, illinc ora cum fremitu jacent.

Seneca, Agamemn.
5 act. 1 ſcen.

EXPLANATIO.

Fata) Troiâ captâ, incenſâ, deletâ, *Caſſandram*, Priami ex Hecuba filiam (vatem illam nobilem, patriæ deplorabili excidio, nunquam credi-



AGAMEMNON, *ab uxore peremptus.*

ditam) in diviſione prædæ *accepit Agamemnon*, omnium Græcorum imperator. Clytemneſtra, Tyndari filia, Agamemnonis uxor, cum audiviſſet *Caſſandram* ſibi *pellicem adduci*, (quippe jam *Haleſum ex eâ* ſuſceperat rex) cum Ægyſto, Thyeſtis filio, concubuit, & cum eo conſilium cepit ut *Agamemnonem* & Caſſandram *interficerent*. Nec mora. *ſacrificantem* (ſive, ut placet aliis, epulantem & imperviâ veſte irretitum) ſecuri cum Caſſandra *interſecerunt*. *Hyginus*, 103 & 108 Fab. *Seneca*, & *Æſcylus*, in *Agamemn. Lycophon*, in *Caſſandr. Philoſtratus*, 1 con. 2 lib. *Dictys Cretenſ.* 5 lib.

Bipenni) Inter *Amazonum arma* telum famigeratiſſimum; quippe *earum inventum*. *Plinius*, 7 lib. 56 cap. de eâ, præter *Arrianum*, *Alexandri* Expedit. 7 lib. *Virgilius*, 11 *Æneid.* de Camilla:

Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat;
Nunc validam *dextrâ rapit* indefeſſa *bipennem*.

Horatius, 4 lib. 4 od. de Vindelicis:

Vidêre Rhœti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem, & Vindelici; quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus *Amazonia ſecuri*
Dextras obarmet, quærere diſtuli.

Seneca, *Agamemn.* 217 verſ.

Non picta pharetra, & *ſecurigerâ manu*
Peltata *Amazon*.

verum & *Siliûs*, 2 *Punic.* de Hasbite. *Ovidius*, 3 *Pont.* 1 eleg.

1 eleg. *Claudianus*, 2 Rapt. &c. Videas interim ſecures, ſecurigerasque puellas in Numiſmatibus, apud *Patinum*, *Triſtanum*, *Morellium*; quinimo & *Petr. Petitum*, de Amazonibus.

Taurorum) Hi in ſacris frequentiſſimi; *immolandi* ſive *Jovi*. *Seneca* (præter *Virgilium*, *Horatium*, *Ovidium*) Med. 1 chor.

Primus ſceptriferis colla *Tonantibus*
Taurus celſa ferat *tergore candido.*

ſive *Neptuno*. *Virgilius*, (præter *Statium*, &c.) 2 (videas & 3) *Æn.*

Laocoon, ductus *Neptuno* ſorte ſacerdos,
Solenneis *taurum* ingentem mactabat ad aras.

At *albi* & candidi. *Gellius*, 10 lib. 15 cap. *Virgilius*, 1 & 2 Georgic. *Silius*, 3 *Punic.* *Tibullus*, 3 lib. 5 eleg. *Juvenalis*, 12 ſat. *Seneca*, *Oedip.* 2 &c. at optimè *Ovidius*, 4 *Pont.* 4 (videas & 8) eleg.

Colla *boves niveos* certæ præbere ſecuri,
Quas aluit campis *herba Faliſca* ſuis.

Securi percutiendi. *Horatius*, 3 lib. 23 od.

Nam quæ nivali paſcitur Algido
Devota, quercus inter & ilices;
Aut creſcit Albanis in herbis
Victima, Pontificum *ſecures*
Cervice *tinget.*

& *Virgilius*, 2 *Æn.* de Lacoonte:

Qualis mugitus, fugit cum ſaucius aram
Taurus, & incertam *excuſſit* cervice *ſecurim.*

XXXIV.

ORESTES,

matrem perimens.

QUo *gladium vibras? utero mammiſne minaris?*
  Ah, reprimat cæcus barbara tela furor!
Lactabam mammis, utero te, nate, ferebam:
  Dignus erit veniâ forſan uterque locus.
Erramus. qui te miſeras malè fudit in auras,
  Dignus, uterque mori dignus; utrumque feri!

Matth. Caſimir. Sarbievii, 57 epigr. de *Nerone.*

EXPLANATIO.

Vibras) *Oreſtes* Agamemnonis & Clytemneſtræ filius, poſtquam in puberem ætatem venit, ſtudebat *patris* ſui (ab Ægiſto & Clytemneſtrâ adulterâ *occiſi*) *mortem exequi*. ita conſilium capit cum Pylade, & Mycenas venit ad matrem Clytemneſtram, dicitque ſe Æolium hoſpitem eſſe, nunciatque Oreſtem eſſe mortuum, quem Ægiſthus populo necandum demandaverat. Nec multò poſt *Pylades* Strophii filius ad Clytemneſtram venit, *urnamque ſecum affert*, dicitque oſſa Oreſtis condita eſſe. Quos Ægiſthus lætabundus hoſ-



ORESTES, *matrem perimens.*

34

hoſpitio excepit. qui occaſione captâ, Oreſtes cum Pylade, *noctu* Clytemneſtram *matrem* & Ægiſthum *interficiunt*. Quem Tyndarus cum accuſaret, Oreſti à Mycenenſibus fuga data eſt propter patrem; quem poſtea furiæ matris exagitarunt. *Hyginus*, 119 Fab. *Sophocles*, in *Electr.* &c.

Mammiſne) Ei itaque, ut & *Alcmæoni*, comparat *Neronem* Græcum carmen apud *Suetonium*, in *Neron.* 39 cap. Namque

Alcmæon, Amphiarai auguris & Eriphyles filius, *matrem quoque interfecit*; poſtquam hæc, aureo monili corrupta, maritum ſeſe celantem (quippe ſi ad Thebas oppugnatum iviſſet, ſe non inde rediturum ſciebat) Adraſto fratri prodidiſſet. *Diodorus*, 4 lib. *Apollodorus*, 3 lib. *Hyginus*, 73 Fab. *Sulpic. Lupercus*, eleg. de Avaritia. *Horatius*, 3 lib. 16 od. *Virgilius*, 6 *Æneid.* 440 verſ.

His Phædram Procrinque locis; mæſtamque *Eriphylen*
Crudelis *nati monſtrantem vulnera* cernit.

Nero patricidio notiſſimus. *Dio*, 61 lib. *Suetonius*, apud quem, 39 cap. anceps, & ideo perelegans epigramma:

Quis neget Æneæ magnâ de ſtirpe *Neronem*?
Suſtulit hic matrem; ſuſtulit ille patrem.

Lactabam) Ita & apud *Juſtinum* (16 lib. 1 cap.) *Theſſalonice* regina, uxor Caſſandri, *occiditur ab* An-

Antipatro *filio*; cum vitam etiam *per ubera materna* deprecaretur.

Utero) De *Agrippinâ* ſic, 15 Ann. 8 cap. *Tacitus*: Circumſiſtunt lectum percuſſores, & prior trierarchus fuſti caput ejus afflixit. Nam in mortem centurioni ferrum diſtringenti, *protendens uterum, ventrem feri*, exclamavit; multiſque vulneribus confecta eſt.


Veniâ) Pulcra ſanè & perquam jucunda quæ de matricidâ illo *Horatius*, 2 lib. 3 ſat.

Quid enim? neque tu hoc facis Argis,
Nec ferro, ut demens *genitricem occidit Oreſtes*.
An tu reris eum *occiſâ* inſaniſſe *parente*,
Ac non antè malis dementem actum furiis, quam
In matris jugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin ex quo eſt habitus malè tutæ mentis Oreſtes,
Nil ſanè fecit, quod tu reprendere poſſis; -
Non Pyladem ferro violare, auſusve ſororem
Electram. tantum maledicit utrique; vocando
Hanc furiam; hunc aliud, juſſit quod ſplendida bilis.

XXXV.
DIDO,
ab Ænea ſpreta.

TAlia *dicentem* jam dudum *averſa tuetur*,
Huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur: (thor,
Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus au-
Perfide! ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres.
Nam quid diſſimulo, aut quæ me ad majora reſervo?
Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit, aut miſeratus aman-
tem eſt?
Quæ quibus anteferam? jam jam nec maxima Juno
Nec Saturnius hæc oculis pater adſpicit æquis.
Nuſquam tuta fides. ejectum littore, egentem
Excepi, & regni demens in parte locavi;
Amiſſam claſſem, ſocios à morte reduxi.
Heu, furiis incenſa feror! nunc augur Apollo,
Nunc Lyciæ ſortes, nunc & Jove miſſus ab ipſo
Interpres divûm fert horrida juſſa per auras.
Scilicet, is ſuperis labor eſt. ea cura quietos
Sollicitat. neque te teneo, neque dicta refello.
I, ſequere Italiam ventis, pete regna per undas:
Spero equidem mediis, ſi quid pia numina poſſunt,
Supplicia hauſurum ſcopulis, & nomine Dido
Sæpe vocaturum. ſequar atris ignibus abſens:

Et,



DIDO, ab Ænea ſpreta.

Et, cum frigida mors animâ ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero. *dabis* improbe *pœn*
Audiam,& hæc manes veniat mihi fama ſub imc
His medium dictis *ſermonem abrumpit*, & au
Ægra *fugit*, *ſeſeque* ex oculis *avertit*, & auſer
Linquens multa metu *cunctantem* & multa parante
Dicere. ſuſcipiunt *famulæ*, collapſaque membr
Marmoreo referunt *thalamo*, ſtratiſque reponun

Virgilius, 4 *Æneid.*

EXPLANATIO.

Averſa) Dido, ſive Eliſa, Beli Tyriorum re filia, Sichæo Herculis ſacerdoti primis nuptiis fu juncta. Eum etenim Pygmalion, Eliſæ frater, ej theſauris inhians antè ipſas aras obtruncavera Hæc vero theſauris clam effoſſis, cum iis quib inviſus erat Pygmalion, navem conſcendens, i Africæ partem Zeugitanam delata eſt. Mox ſolu mercata Carthaginem, & ei conjunctam Byrſa condidit. At *cum Hiarbas*, Getuliæ rex, *nuptias ej ambiret, recuſantemque armis cogere vellet, ſibi i mortem intulit.*

Sic hiſtorici; *Solinus*, 40 cap. *Juſtinus*, 18 li 5 & 6 cap. & alii: verum poetæ, præeunte *Maron* fabulantur Æneam, Troiâ captâ, profugum, tempeſtatis Carthaginem fuiſſe delatum. *Eliſam*qu amore ipſius incenſam, *cum* ſubitò præter ſpem *d ſeretur*, *mortem ſibi conſciviſſe*. *Ovidius*, 7 Heroic epiſt. 3 *Faſtor.* & 14 Metam. *Silius*, 8 *Punicor.*

Dido) Latinè *virago*. Nempe poſt generoſa

moi

rtem, conſecrationemque hoc nomen ei tribu-n. *Servius*, ad 1 *Æn.* Quippe, apud veteres, ortuis *conſecratis mutabatur nomen*, ne quis fortè taret eos homines fuiſſe. Ita *Medea* à Marſis cul- (poſtquam Colchis relictis, ſecuta Jaſonem, in liam tandem perveniſſet, populosque, præſer-n Marſos, remedia contrà ſerpentes, ipſis mole-ſſimos, docuiſſet) nomine Anguitiæ, ſive po-is *Angitiæ. Solinus*, 8 cap. *Servius*, ad 7 Æneid. loſſæ vet. ut & *Heſiodus, Alcmanes*que, apud *A-enagoram*, in Legation. Ita *Romulus* à Romanis onſecratus, appellatuſque *Quirinus. Ovidius*, 14 letam.

Eliſæ verò inter deas receptæ meminêre *Juſti-us*, loc. cit. *Appianus*, in *Punic. Silius*, 1 *Punicor.* uibus adde *Numiſmata* Tyriorum & Sidoniorum, pud *Vaillant*, de *Rom.* Colon. & Municip.

Sortes) *Oracula*; quæ *ſortes* quoque appellaban-ur, quod res maximè dubiæ & controverſæ da-entur. *Claudianus*, 2 bell. *Getic. Ovidius*, 3 *Pont.* leg. 1. *Cicero*, 1 Divinat. *Virgilius*, 7 *Æn.* & paſ-im. *Lucanus*, 5 & 6 *Pharſal. Horatius*, de Art. *Seneca*, *Oedip.* 2; 1. *Sidonius*, 5 & 9 carm.

Thalamo) Ille *domus interior pars*; *gynæconitis*, ſive παρθενὼν; quia in eâ verſabatur *virgo*, νυμφη, h. e. *innupta* puella. *Statius* (præter *Theocritum*) 1 *Thebaid.* de Argia, & Deiphile. Quo nemo etiam, niſi propinquâ cognatione conjunctus ac-cedit. *Nepos*, in præfation. lib.

XXXVI.

XXXVI.

ANNA,

ſororem lugens.

AUdiit exanimis, trepidoque exterrita curſ
Unguibus *ora ſoror fœdans*, & pectora pugni
Per medios ruit, ac *morientem nomine clamat*:
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes *araque parabant* ;
Quid primum deſerta querar? comitemne ſororen
Spreviſti moriens? eadem me ad fata vocaſſes;
Idem ambas *ferro* dolor atque eadem hora tuliſſe
His etiam ſtruxi manibus, patriosque vocavi
Voce deos, ſic te ut poſitâ crudelis abeſſem?
Exſtinxi te, meque, ſoror, populumque, patresqu
Sidonios, urbemque tuam.

Virgilius, 4 *Æneid.*

EXPLANATIO.

Rogus) Ænea diſceſſum parante, claſſemqu ſuam clanculum inſtaurante, *Anna* fruſtrà *ipſum* ab incepto *revocare conata eſt*. Mox, ſororis hor tatu, in ædium parte editiſſimâ, ingentem *pyram erigit*, ſacrorum expiantium ſimulationem pro movet, atque, *omnium neſcia*, *moritura* Didon ferale *theatrum exſtruxit*. *Virgilius*, 4 *Æneid.* &c.

Mo



ANNA, ſororem lugens.

Morientem) *Didonis interitus* ut *pictorum*, *ficto-rum*, *ſtatuariorum*, ſic imprimis *poëtarum* inſigne & elegans argumentum. Placent in reginam epigrammata Anthologiæ *Græc. Auſonii*, *Marulli*, *Sannazarii*, *Bezæ*, *Scaligeri*, *Monerii*, *Buchanani*, *Bellaji*, cæterorumque: incerti tamen cujuſdam præ cunctis, apud modò nominatam *Mercerium*, 2 lib. 19 cap. de *Didone* marmoreâ:

Dum videt incautus pulcram ſpectator Eliſam
Obſtupet, & viſu fixus ut illa riget.
Ars mira? ipſa *ſilex animam ſpirare* videtur;
*Qui*que *animam ſpirat*, creditur eſſe *ſilex*.

At de fictis ipſius Æneæque amoribus, deſertæque inſanâ morte, en locum, apud *Macrobium*, (Saturnal. 5 lib. 17 cap.) obſervatione digniſſimum, & mirè jucundum:

Quod ita elegantius authore (*Apollonio*) digeſſit (Virgilius) ut *fabula* laſcivientis *Didonis*, quam *falſam novit univerſitas*, per tot tamen ſecula *ſpeciem veritatis obtineat*; & *pro verâ* per ora omnium *volitet*: ut *pictores fictoresque*, qui figmentis liciorum contextas imitantur effigies, *hac materiâ* vel maximè in efficiendis ſimulacris *tanquam unico argumento decoris* utantur. Nec minus *hiſtrionum perpetuis* & geſtibus & *cantibus celebrantur*.

Tantum valuit *pulchritudo narrandi*, ut *omnes* Phœniſſæ caſtitatis conſcii, nec ignari manum ſibi injeciſſe reginam, ne pateretur damnum pudoris

con-

conniveant tamen *fabulæ*; & intra conſcientiam *veri fidem prementes*, *malint pro vero celebrari*, quod pictoribus humanis *dulcedo fingentis infudit.*

Hactenus pulcrè Macrobius. Certè *Æneam non potuit vidiſſe Dido*; cum Carthaginem condiderit regina, 286 anno antè Æneæ adventum in Italiam. Videantur Annales & Faſti, præter *Ger. Voſſium*, Orator. Inſtitut. 1 lib. 6 cap. 8 art.

Clamat) Solenne hoc priſcis. *Servius*, ad 6 *Æneid. Propertius*, 4 lib. 7 eleg. *Ovidius*, 3 Triſt. 3 eleg.

Nec mandata dabo? nec *cum clamore ſupremo*
Labentes oculos claudet amica manus?

Adjungantur *Lucanus*, 2 *Pharſal. Auſonius*, genethliac. ad Nepot. *Seneca*, Tranquill. Anim. 11 cap. *Apulejus*, in Apolog.

Sidonios) *Carthaginienſes*; origine & genere Tyrios & *Sidonios*. *Sidon* (ſicuti Tyrus) *Phœnices* urbs, Sacra, Ναυαρχὸς, maritimarum urbium maxima in ipſis Judææ finibus, piſcoſa; undè nomen; Sidon enim ipſis *piſcis*: in cujus Nummis (apud *Vaillant*, de Municip. & Colon.) Dido ſceptrifera, fugiens, triremi inſiſtens, extenſâ dextrâ quaſi ſequentibus viam demonſtrans, conſpicitur. Meminêre urbis hujus *Strabo*, 16 lib. *Plinius*, 5 lib. 17 cap. *Mela*, 1 lib. 7 cap. *Diodorus*, &c.

XXXVII.

TOMYRIS,

hoſti inſultans.

QUam bello appeteres, facta eſt tua terra. doleres
Quam ſterilem, veſtro ſanguine pinguis erit.
Imperii eſt extincta ſitis virtute; *cruoris*
Nunc extinguetur victa cruore; bibe!

Jul. Cæſar Scaliger,
in Heroïn.

EXPLANATIO.

Bello) Tomyris, quæ & Thamyris, *Maſſagetarum regina* in Scythiâ, *tempore* minoris *Cyri*, potentiſſimi Perſarum regis; quem Araxen flumen tranſeuntem, bello aggreſſa eſt, fraude circumvenit, vicit, & caſtris vitâque ipſâ ſpoliavit. Nempe ſic ipſius *filii interitus vindicatus. Eum* etenim Cyrus, à matre obviam miſſum, cum ſuis *per inſidias interfecerat*. Hoc victorioſo eventu tamen non contenta, nec animi efferati rabies emollita. Quippe revulſum *caput* in utrem *cruore humano plenum* demiſit, hisque verbis ei inſultavit: filii mei ſanguinem hauſiſti, & meum, Cyre, ſitiſti; nunc ego te cruore ſaturo. *Herodotus*, 1 lib. *Val. Maximus*, 9 lib. 10 cap. *Juſtinus*, 1 lib. 8 cap. *Fron-*



TOMYRIS, hoſti inſultans.

Frontinus, Strateg. 2 lib. 5 cap. *Ammianus*, 23 lib. 6 cap. *Oroſius*, 2 lib. 7 cap. *Lucianus*, in Macrobiis,& *Charont.* *Jornandes*, *Geticor.* 10 cap.

Sanguine) Solenne victoribus hoſtis *devicti caput amputare*; quinimò & ſæpè affixum haſtæ *circumferre*, vel loco patente ſpectandum *proponere*. Videantur Reg. 1 lib. 17 cap. de Goliathi. *Judith.* 14 cap. de Olophernis. *Machab.* 2 lib. 7 cap.de Nicanoris. *Virgilius*, 7 *Æn.*de capitibus Niſi & Euryali. *Livius*, 27 lib. de Haſdrubalis. *Lucanus*, 8 *Pharſal.* de Pompeii. *Corn. Severus*, apud *Senecam*, 7 Suaſor. de Ciceronis. *Suetonius*, *Aug.* 13 cap. de Bruti. *Curtius*, 7 lib. 2 cap. de Parmenionis, ut 8 lib. 12 cap. de Erycis *Florus*, 4 lib. 9 cap. de Craſſi. Nempe in fidem victoriæ, & hoſtium terrorem. Ita & Thracibu fuit familiare. *Florus*, 3 lib. 4 cap. quemadmodun & Scythis. *Herodotus*, 4 lib. quibus ipſa *capiti oſſa pro poculis* erant. *Strabo*, 7 lib. quod & d ſeptentrionem colentibus populis quoque narra *Plinius*, 7 lib. 2 cap. de Eſſedonibus *Solinus* 19 cap. de Scordiſcis *Ammianus*, 27 lib. 3 cap de Hunnis & Gepidis, & ſpeciatim de Alboïno è Cunimundi regis capitis oſſibus bibente, *Pau Diaconus*, 1 lib. geſt. *Longobardic.* 27 cap. qu nimò de Gallis, ſive Celtis priſcis. ſic *Siliu* 13 B. *Punic.*

At Celtæ *vacui capitis* circumdare gaudent
Oſſa, nefas, auro & menſis ea *pocula* ſervan

Vi

Virtute) Certè videtur eſſe *commentum* Græcorum, quicquid de Tomyri, *tanquam muliere*, produnt. *Teimur* namque (ut Tamyris ſive Thamyris) *maſculum nomen* apud Scythas ſemper fuit. Sic enim regem Sacarum appellari obſervamus apud *Polyænum*. Hæc *Iſac. Voſſius*, ad *Juſtini* loc. cit.

Et qualis ſcriptorum de morte Cyri diſſenſus? in acie capitur, & Tomyridis mandato, cruci affigitur *Diodoro*, 2 lib. 44 cap. in prælio adverſus Derbicas, jaculo transfixus, poſt diem tertium perit è vulnere *Cteſiæ*, Hiſt. *Perſic.* annorum centum ſenex, æger animi decedit *Luciano*, de Longæv. placidè in lecto obdormit *Xenophonti*, Inſtitut. lib. ult. Undè & ſepulchri regis hujus meminêre *Plutarchus*, *Arrianus*, & *Strabo*, apud *Joh. Lomejerum*, Dier. Genial. 1 Dec. 1 Diſſertat.

Bibe) Inſultatio amariſſima. Ita *Parthi*, *Craſſo* devicto & occiſo, *in ipſius os aurum* liquefactum *infundunt*, pecuniæque acquirendæ inſanum ſtudium ipſi (ditiſſimo licet) hoc modo inſultantes exprobrant. *Dio*, 40 lib. & *Florus*, 3 lib. 11 cap. *Fulvia*, M. Antonii Triumviri pernicioſa conjux, *Ciceronis* arreptum *caput* genibus imponit, *conſpuit*, & (opprobriis crebris ac amaris additis) extractam *linguam* crinali *acu compungit*. Idem *Dio*, 47 lib.

XXXVIII.

TARPEIA,

armis obruta.

HOc Tarpeia ſuum tempus rata, convenit hoſtem,
Pacta ligat; pactis ipſa futura comes.
Mons erat aſcenſu dubius, feſtoque remiſſus.
Nec mora, vocales occupat enſe canes.
Omnia præbebant ſomnos; ſed Juppiter unus
Decrevit pœnis invigilare ſuis.
Prodiderat portæque fidem, patriamque jacentem;
Nubendique petit, quam velit ipſa diem.
At Tatius, neque enim ſceleri dedit hoſtis honorem,
Nube, ait, & regni ſcande cubile mei!
Dixit, & *ingeſtis comitum ſuperobruit armis.*
Hæc, virgo, officiis dos erat apta tuis!

Propertius, 4 lib 4 eleg.

EXPLANATIO.

Tarpeia) Sabini quoque, anno urbis conditæ quarto, *ob raptas bellum* adverſus Romanos ſumpſerunt. Et cum Romæ appropinquarent, *Tarpejam virginem nacti*, quæ aquæ, cauſâ ſacrorum, hauriendæ deſcenderat, ei T. Tatius optionem muneris dedit, ſi exercitum ſuum in Capitolium produxiſſet. Illa *petiit*

quod



TARPEIA, armis obruta.

quod illi *in ſiniſtris* manibus *gerebant*, videlice[t] anulos & armillas: quibus doloſè repromiſſis, Sabinos in arcem perduxit, ubi Tatius *eam ſcuti[s] obrui præcepit*; nam & ea in lævis habuerant. *Victor* de Vir. Illuſtrib. *Livius*, 1 lib. *Florus*, 1 lib 1 cap. *Val. Maximus*, 9 lib. 6 cap. *Plutarchus* in *Romul.*

Superobruit) Inſpicias conſulares *denarios*, apud *Fulv. Urſinum*; nempe *Tituriæ Petroniæ*que gentis. In prioris enim *Tarpeia* genu flectit *inter ſcuta*, accurrente utrinque Sabino clypeato: verum in poſterioris jam *clypeis* projectis *demerſa* recumbit. At, ſcelerata & *nocens*, an pura & *innocens?* ſanè Sabinæ hæ gentes, niſi *inculpatam* credidiſſent, in *Nummorum monumentis* publicis ejus effigiem minimè collocaſſent. Quid? ipſi Romani virgini poſuerunt *ſepulcrum*, venerati eam; *effigiem*que ſtatuêre in æde Jovis Metellinâ. *Feſtus. Piſo*, apud *Dionyſium Halycarn.*

Crederes autem populum Romanum ſceleſtam perfidamque virginem, ſepulcro poſito & annuâ cærimonia fuiſſe veneratum? Quomodo tamen illa pura & *innocua*? pacto illo famoſo nihil aliud virgo voluit quam *nudatos ſcutis civibus* ſuis *trucidandos* hoſtes *objicere*. Pulcro profectò conſilio, ſi fortuna acceſſiſſet. Hæc ſcriptores tradidêre antiquiſſimi; & accedunt *Piſoni* citato *Florus*, atque ipſe *Livius*.

Siniſtra tamen (ſimilia de *Didone*, 144 pag.) ma-

magis invaluit opinio; quaſi deſiderio potiundi auri impiam proditionem conceperit. *Val. Maximus*, aliique ſuperius enumerati. Quinimò *Propertius*, (4 lib. 4 eleg.) poëticâ libertate, eam *amore* Tit. Tatii, *Sabinorum regis*, *impulſam* fingit. Et *Antigonus* (apud *Plutarchum*, in *Romul.*) ſpecioſo prætextu rem velans, *eam*, *Tatii* ſcilicet *filiam*, à Romulo *abreptam*, thalamoque ejus ſuis ingratiis ſociatam, *juſtam comminiſcendæ proditionis occaſionem habuiſſe* narrat. Hactenus ex mente *Juſt. Rycquii*, commentar. de *Capitolio Rom.* 3 cap. Immitiſſimè autem *de Tarpeiæ* apud inferos *ſupplicio* agit *Silius*, 13 B. *Punic.*

Illa autem quæ tondetur, præcordia roſtro
Alitis (en quantum reſonat plangentibus alis
Armiger ad paſtus rediens Jovis) *hoſtibus arcem*
Virgo (immane nefas) adamato *prodidit auro*
Tarpeia, & pactis reſeravit clauſtra Sabinis.

XXXIX.

HORATIUS,

ſororem ferro transverberans.

INquinat egregios adjuncta ſuperbia mores.

Claudianus, 4 conſul. *Honor.*


POne veſanos, precor,
Animi tumores, teque pietati refer.

Seneca, *Thebaïd.* 4 act. 1 ſcen.

EXPLANATIO.

Superbia) Horatius unus (hæc A. V. C. 187) prælio *trium Curiatiorum*, conditione pugnæ omnium Albanorum *victor*; *cum* ex illâ clariſſima acie domum repetens *ſororem* ſuam virginem Curiatii *ſponſi mortem* profuſius, quam illa ætas debebat, *flentem vidiſſet*, gladio, quo patriæ rem bene geſſerat, *interemit*. Parum pudicas ratus lacrymas, quæ præpropero amori dabantur. *Val. Maximus*, 6 lib. 3 cap. 6 exemp. *Florus*, 1 lib, 3 cap. *Dionyſius*, 3 lib. *Victor*, de vir illuſtr.

Veſanos) *Livius*, 1 lib. Princeps Horatius ibat, *tergemina ſpolia præ ſe gerens.* cui *ſoror* virgo, quæ deſponſa uni ex Curiatiis fuerat, *obvia ante portam Capenam* fuit: *cognito*que ſuper humeros fratris *paludamento ſponſi*, *quod ipſa confecerat*, ſolvit crines



HORATIVS, ſorarem ferro tranſverberans.

nes, & flebiliter nomine ſponſum mortuum ap-pellat. Movit feroci juveni animum comploratio ſororis in victoriâ ſua, tantoque gaudio publico. Stricto itaque *gladio*, ſimul verbis increpans *transfigit puellam*: abi hinc cum immaturo amore ad ſponſum, inquit, oblita fratrum mortuorum vivique, oblita patriæ. Sic eat quæcunque Romana lugebit hoſtem. Hæc ille.

Tumores) Victoria felix, & rerum fauſtior ſucceſſus impotentes animi facit homines. Romani idcirco, laudabili exemplo, triumphantis ſuperbas aures ritu pulcherrimo vellicarunt. Quippe *in eodem curru*, adſtabat carnifex ſive potius *ſervus publicus*, ei à tergo ſuggerens: reſpice poſt te; hominem memento te. *Tertullianus*, apolog. adverſ. gent. 33 cap. *Arrianus*, in *Epictet.* 3 lib. 24 cap. *Iſidorus*, 18 Origin. 2 cap. *Zonaras*, Annal. 2 Tom. de Camilli triump. *Plinius*, 33 lib. 1 cap. & 28 lib. 4 cap. *Juvenalis*, 10 ſat. de coronâ aurea ſolida, triumphantium:

Tenet ſudans hanc *publicus*, & ſibi conſul
Ne placeat, *curru ſervus portatur eodem.*

Hic ergò triumphantem ad ultimi ſupplicii inſtrumenta, currui proximè appenſa, attendere monebat. Ea erant flagellum & tintinnabulum; indicantia, victorem jam ſublimem in tantas calamitates poſſe incidere, ut aut flagris cædatur aut capiti damnetur. *Zonaras*, Annal. 2 Tom. apud *Magium* de Tintinnabul. 11 cap. qui tamen credit non an-

ti

quitus, ſed temporibus *Zonaræ* proximis hoc fieri onſueviſſe; cum nullus nec Græcorum, nec Latiorum ſcriptorum moris ejus mentionem faciat.

In Nummis tamen, ut & Marmoribus, non miiſter publicus, ſed *Victoria præpes*, coronam ſuſtiet; nempe apud *P. S. Bartholum*, 6 & 32 Tab.

Quinimo & in ipſum *triumphantem dicteria* & mariſſima ſubindè *convitia* liberè jaciebant ipſi ircumfluentes milites. *Martialis*, 1 lib. 5 epigr. d Domitianum. & 7 lib. 7 epigr. de eodem riumphante:

Tale erat hoc in Ventidium, (fuit hic genere & loco humili; poſt Sociale bellum, triumphante Pompejo Strabone, puer, inter cæteros, ante currum imperatoris, ſinu matris vectus, poſteà *comparandis mulis* & vehiculis ſordidà ſibi *victum quærens*) de Parthis triumphantem:

Concurrite omnes augures, aruſpices,
Portentum uſitatum conflatum eſt recens,
Nam *mulos qui fricabat*, conſul factus eſt.

Gellius, 15 lib. 4 cap. videantur & *Dionyſius*, 7 lib. *Livius*, 4 lib. de Valerio, 5 lib. de Camillo. 10 lib. de Fabio. & 39 lib. *Paterculus*, 2 lib. 67 cap. de Lepido & Planco. *Plutarchus*, in Paullo. *Appianus*, in *Punic.* de Scipione. *Livius*, 39 lib. de Manlio. *Plinius*, 19 lib. 8 cap. de Cæſare. *Suetonius*, in Cæſar. 49 & 51 cap. *Dio*, 43 lib. de eodem, apud *Barnab. Briſſonium*, 4 lib. de Formulis.

X L.


TULLIA,

parentis cadaver calcans.

TUllia conjugio ſceleris mercede parato,
His ſolita eſt dictis exſtimulare virum.
Quid juvat eſſe pares, te noſtræ cæde ſororis,
Meque tui fratris, ſi pia vita placet?
Vivere debuerant & vir meus & tua conjux,
Si nullum auſuri majus eramus opus.
Et caput & regnum factum eſt dotale parentis.
Si vir es, indictas exige dotis opes.
Regia res ſcelus eſt. *ſocero* cape regna *necato.*
Et noſtras *patrio ſanguine* tinge manus.
Talibus inſtinctus ſolio privatus in alto
Sederat. attonitum vulgus ad arma ruit.
Hinc cruor & cædes. infirmaque vincitur ætas.
Sceptra gener ſocero rapta Superbus habet.
Ipſe ſub Eſquiliis, ubi erat ſua regia, cæſus
Concidit in durâ ſanguinolentus humo.
Filia carpento patrios initura penates,
Ibat per medias alta feroxque vias.
Corpus ut aſpexit, lacrymis auriga profuſis
Reſtitit. *hunc tali corripit illa ſono:*
Vadis! an exſpectas pretium pietatis amarum?
Duc, inquam, invitas ipſa per ora rotas.

Ovidius, 6 Faſtor.

EX-



TVLLIA, parentis cadaver calcans.

EXPLANATIO.

Tullia) *Tarquinius*, cui cognomen Super ex moribus datum, *regnum* avitum, quod à Se vio Tullio tenebatur, *rapere maluit, quam e: ſpectare*; immiſſiſque in eum percuſſoribu (A. V. C. 218) ſcelere partam poteſtatem nc melius egit quam acquiſierat. Nec abhorreb moribus uxor *Tullia*, quæ, ut virum regem ſal taret, *ſuper cruentum patrem*, vecta carpento, co ſternatos *equos egit. Florus*, 1 lib. 7 cap. *Liviu* 1 lib. *Val. Maximus*, 9 lib. 11 cap. *Victor*, c Vir. Illuſtr. *Seneca*, *Octav.* chor. 1 act. *Silius* 13 B. *Punic.* ubi de pœnis apud inferos. *Dionyſi Halycarn.* & alii.

Virum) Tarquinium Superbum; *cujus vultu* uti credit ſæpius laudatus *Begerus*, *in* Lolliæ gen tis *denario.* Quid? exoſus ille tyrannus in monu mento publico? quippe ni? fuêre & *Tarquiniorui ſtatuæ*, Plinii ætate, Romæ inter reliquorum re gum ſimulacra. *Plinius*, 33 lib. 1 cap. Ita & *in ali Numiſmate* cernitur *idem*, *juvenili facie*, imberbis galeatus; appoſita clavâ Herculeâ; quemadmo dum *ſocer*, Tarquinius Priſcus, exhibetur *in ſimil* quoque, imberbis & diadematus; & quidem addit eâdem clava. Videatur *Begeri* epiſtola ad *Span hemium.*

Sceptra) Priſcis regibus ducibuſque *ſceptrun* (quod à σκήπτω, innitor) erat *haſta. Juſtinus* 43 lib

13 lib. 3 cap. iterumque, 24 lib. 4 cap. de Hiero-
nis haſtâ. *Pauſanias*, in *Boeotic.* de Chæronæenſibus,
haſtam Jovis colentibus. *Sidonius*, 2 carmin. Per
eamque hi jurabant. *Æſcylus*, in Septem ad *Theb.*
de Parthenopæo. *Homerus*, 1 *Iliad.* & *Virgilius*,
12 *Æneid.*

Ita in Nummis *haſtata* eſt non tantum Juno
Regina; ſed &, apud *Angelonum*, *Arſchotanum*, *Ou-
lanum*, *Patinum*, &c. Veſta, Venus, ac Ceres,
ut & Janus, Jupiter, atque Genius.

Carpento) Quod *vehiculi genus* pompaticum
matronis proprium; quo feſtis diebus ad ædes deo-
rum ferebantur. *Iſidorus*, 20 lib. 12 cap. arcuatum
& contectum. *Apulejus*, 10 Metam. dictum quaſi
carmentum, *à* matre Evandri, *Carmentâ*. *Plutarchus*,
Romanar. Quæſt. 56. *Ovidius*, 1 Faſt.

Nam prius Auſonias *matres carpenta vehebant*;
Hæc quoque *ab Evandri dicta parente* reor.

Formam intuêre *in Numiſmatibus* Auguſtarum;
nempe conſecratarum, Agrippinæ, & Juliæ; apud
citatos *Nummorum* collectores & enarratores.
Meminêre *carpentorum* *Livius*, 5, & præſertim
34 lib. de mulierum luxuria. *Suetonius*, in *Calig.*
15 cap. & *Claud.* 11 cap. de Agrippina, Caji, &
Antonia Claudi: denique *Tacitus*, 12 Ann.
42 cap. de Agrippina, Neronis ambitioſâ matre:
iterumque (præter *Dionem*, 60 lib.) *Suetonius*,
Claud. 17 cap. de Meſſalinâ, mariti triumpha-
lem currum *carpento* ſequutâ.

XLI.

LUCRETIA,

ſibi mortem inferens.

UTque vident habitum; quæ luctus cauſa requirunt;
Cui paret exſequias, quoque ſit icta malo.
Illa di u reticet, pudibundaque cælat amictu
Ora. fluunt lacrymæ more perennis aquæ.
Hinc pater, hinc conjunx lacrymas *ſolantur* & orant,
Indicet: & cæco flentque paventque metu.
Ter conata loqui ter deſtitit, auſaque quarto
Non oculos ideò ſuſtulit illa ſuos. (quit,
Hoc quoque Tarquinio debebimus; eloquar, in-
Eloquar infelix dedecus ipſa meum.
Quæque poteſt narrat. reſtabant ultima. flevit,
Et matronales erubuêre genæ.
Dant veniam genitor facto conjuxque coactæ.
Quam, dixit, veniam vos datis, ipſa nego.
Nec mora, *cælato fixit ſua pectora ferro,*
Et cadit in patrios ſanguinolenta pedes.

Ovidius, 2 Faſtor.

MOllia *confodit rigido Lucretia ferro*
Pectora, concubitus paſſa, tyranne, tuos.
Hoc alii vates facinus ſuper æthera tollunt;
Non ego: non vates, Laura pudica, tuus.

Fe



LVCRETIA, ſibi mortem inferens.

41

Femina, tam teneri conſummatique pudoris,
Debuerat ſolo victa dolore mori.

Ædig. Menagius, Epigramm. 5.

Si fuit ille tibi, Lucretia, gratus adulter,
Immeritò ex meritâ præmia morte petis.
Sin potius caſto vis eſt allata pudori;
Quis furor alterius crimine velle mori.
Fruſtrà igitur laudem captas, Lucretia? namqu
Vel furioſa ruis, vel ſcelerata cadis.

Theod. Beza, Icon. 116 pag.

EXPLANATIO.

Cauſa) Lucretia, Romanæ pudicitiæ præc puum lumen vulgo, filia Lucretii Tricipitini præfecti urbis, uxor Tarquinii Collatini. *Ea* (A.V.C. 244) noctu oppreſſam *Sextus* Tarqu nius, cum precibus exorare non poſſet, *violar* Poſtridie convocatis patre, marito, cæteriſq amicis, ea tyranni flagitium detexit, & educ *cultro*, quem ſub veſte occultum habebat, *ſ* *confodit*. Quâ re moti amici populo ad arma co citato reges expulerunt. *Livius*, 1 lib. *Victo* de vir Illuſt. *Val. Maximus*, 6 lib. 1 cap. *Pl tarchus*, in *Poplicol. Dionyſius*, 4 lib.

Exſequias) Funus proſequi Romanis eſt *fu* *comitari* vel *exſequi*, *ire* vel venire *exſequias*. *Cice* 2 *Tuſculanar*. *Apuleius*, Floridor, 3 & 4 l

Terentius, *Phormion.* 5 act. 8 ſcen. *Ovidius*, 2 Amor. 6 eleg. de pſittaco:

Pſittacus, Eois imitatrix ales ab Indis
Occidit, *exſequias ite* frequenter aves.

& *Silius*, 15 B. *Punic.* ubi Marcello occiſo Hannibal:

Vos *ite* ſuperbæ
Exſequias animæ, & cinerem donate ſupremi
Muneris officio.

Matronales) Eſt *matrona* propriè *quæ in matrimonium* cum viro *convenit*, etiamſi ſibi liberi nondum nati: dictaque ita à *matris nomine* non adepto, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi. *Gellius*, 18 lib. 6 cap. *Juvenalis*, 3 ſat. *Horatius*, 1 lib 2. ſat.

Matronam nullam ego tango,
Ut quondam Marſæus amator originis.

& mox:

Deſine *matronas* ſectarier; unde laboris
Plus haurire mali eſt quam ex re decerpere fructus.

iterum paullo pòſt:

Matronæ, præter faciem, nil cernere poſſis,
Cætera, ni Catia eſt, *demiſſâ veſte* tegentis.
Si interdicta petes, vallo circumdata (nam te
Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officient res:
Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſitæ,
Ad talos *ſtola demiſſa*, & *circumdata pallâ.*

Fixit) Spectatur ea *pectus transfigens*, apud *Leonard. Auguſtini*, 1 Tom. 83 imag. è gypſo Smaragdino petita.

XLII.

LUCIUS JUNIUS BRUTUS,

filios interimens.

Cervicem properè præbe jam non mea proles,
Forti animo ferias, lictor; neu parce parentis
Aſpectu. pater eſſe nego, queis Roma noverca eſt
At vos aſſerti lacrymas cohibete Quirites!
Brutum orbum præſtat, quam ſervam vivere Ro-
mam.

Thom. Seghetus, Scotu.
2 Meletemat.


Ipſe ego ſubjeci natorum colla ſecuri,
Utcunque hoc olim poſtera turba ferat.
Crederet imperio quiſquam moviſſe Superbos,
Quando ſuperbiret ſanguis in urbe meus?
Quin potius collapſa domus me lugeat orbum,
Dum tibi me poſſis dicere, Roma, patrem.

Carolus Malapertius, Montenſis Belg.
lib. Miſcellaneor.

EXPLANATIO.

Proles) L. Junius Brutus, ſorore Tarquinii Su-perbi genitus, cum tyranni ſævitiem timeret, *ſtultitiam finxit*; *unde* & dictus *Brutus*. Juvenibu regiis Delphos euntibus deridiculi gratiâ com adſcitus, ut reſponſum eſt, eum Romæ ſumma poteſtatem habiturum, qui primus matri oſcul

reti



BRVTVS, filios interimens.

retur, terram ipſe oſculatus eſt. Deinde, (A.V. C. 244) propter Lucretiæ ſtuprum, cum Tricipitino & Collatino, in exitium regium conjuravit. Quibus in exilium actis, primus *conſul creatus*, *filios ſuos* (*Titum* & *Valerium*) fratriſque, quod cum Aquiliis & Vitelliis ad recipiendum in urbem Tarquinios conjuraverant, virgis cæſos *ſecuri percuſſit*. *Victor*, de Vir. Illuſtr. *Ovidius*, 2 Faſt. *Livius*, 2 lib. *Plutarchus*, fusè in *Poplic.* & alii.

Lictor) Cui nomen erat à *ligando*; quod faſces virgarum *ligatos* ferret. *Feſtus*, *Plutarchus*, 67 Romanar. Quæſt. Munus ipſius populum ſummovere, ſontes virgis cædere & *ſecuri percutere*. *Livius*, paſſim. *præferre* denique *Faſces*; magiſtratuum majorum ſcilicet inſignia, ab Hetruſcis petita. *Saluſtius*, *Catilin.* 51 cap. formati ii ex ulmo, vel è betullæ teretibus bacillis. *Plinius* 16 lib. 18 cap. Quibus *Securis* ita circumvinciebatur, ut acies tantum promineret, reliqua pars *injecto* virgis *loro* contegeretur. *Plutarchus*, 67, u & 82 dictarum Quæſt. Inſpicias *Denarios* Conſulares apud *Urſinum*; Marmoraque apud *P. S Bartholum*.

Faſcibus verò hiſce utebantur *conſules*, prætores, *dictatores*, & interreges. *Livius*, *Val. Maximus*, *Dio*, *Lucanus*, alii. maximè tamen (& duodecim quidem) *conſules*. Unde *Silius*, 6 B Punic.

Tu

Tua, reſpice, ſedes
Hæc eſt, unde ingens, humeris fulgentibus oſtro,
Vidiſti Latios *conſul præcedere faſces.*

Martialis, 8 lib. 66. epigr.

Bis ſenos jubet en *redire faſces*
Nato conſule, nobilique virgâ
Vatis Caſtaliam domum ſonare.

Parentis) Occurrit hic Lucius Brutus in *Juniæ gentis* eximio *denario.* Caput ejus illic nudum, frons ſevera, barba denſa. Videantur de *ſtatuâ ipſius*, *Plutarchus*, in *Bruto.* *Suetonius*, *Cæſ.* 80 cap. & de crudeli hoc, quod damus, facto *Virgilius*, 6 *Æn.* *Silius*, 13 B. Punic. at præſertim *Plutarchus*; cujus hæc verba, vertente Cruſerio: Ibi aliis oculos avertentibus, nec ſpectaculum illud ferentibus, fama eſt, *faciem* illum *nuſquam alio detorſiſſe*, *nec* miſericordiâ *quicquam de* ſolita vultus auſteritate & *ſeveritate mutaviſſe*: ſed torvè filios in medio ſupplicio intuitos, dum *humi extenſos* (virgis cæſos, & *ad palum religatos*, aït *Val. Maximus*, 5 lib. 8 cap.) *ſecuri percuſſêre.*

XLIII.

CAJUS MUTIUS SCAEVOLA,

dextram flammis imponens.

CUm peteret Regem decepta ſatellite *dextra*,
Injecit ſacris ſe peritura *focis*.
Sed tam ſæva pius miracula non tulit hoſtis,
Et raptum flammis juſſit abire virum.
Urere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.
Major deceptæ fama eſt & gloria dextræ.
Si non erraſſet, fecerat illa minus.

Martialis, lib. 1 epigr. 22.

QUi nunc Cæſareæ luſus ſpectatur arenæ,
Temporibus Bruti gloria ſumma fuit.
Adſpicis ut teneat flammas, pœnâque fruatur
Fortis, & attonito regnet in igne manus.
Ipſe ſui ſpectator adeſt, & nobile dextræ
Funus amat: totis paſcitur illa ſacris.
Quod niſi rapta foret nolenti pœna, parabat
Sævior in laſſos ire ſiniſtra focos.
Scire piget poſt tale decus quid fecerit ante;
Quam vidi, ſatis eſt hanc mihi noſſe manum.

Martialis, lib. 8. epigr. 30.

EX-



SCÆVOLA, dextram flammis imponens.

EXPLANATIO.

Regem) Cum Porſena rex (A.V.C. 245.)Urbem obſideret, Mutius Cordus, vir Romanæ conſtantiæ, Senatum adiit, & veniam transfugiendi petiit, necem regis repromittens. Acceptâ poteſtate, in caſtra Porſenæ pervenit, ibique *purpuratum* pro *rege*, deceptus, *occidit*. Apprehenſus, & ad regem pertractus, *dexteram aris impoſuit*; hoc ſupplicii à reâ exigens, quod in cæde peccaſſet. Unde cum miſericordiâ regis abſtraheretur, quaſi beneficium referens, aït, trecentos adverſus eum ſimiles conjuraſſe. Quâ re ille territus, bellum acceptis obſidibus depoſuit. *Victor*, de Vir. Illuſtr. *Livius*, 2 lib. *Florus*, 1 lib. 9 cap. *Dionyſius*, 5 lib. *Plutarchus*, in *Poplic.* *Silius*, 8 B. Punic. *Manilius*, 1 Aſtronom. alii.

Satellite) *Scribam* dicit *Livius*; *purpuratum* *Florus*. *Purpurati* enim amicorum regiorum principes, *purpureâ veſte* utentes. *Curtius* hac voce ſæpiſſimè utitur pro *ſatrapis*. Hic autem *ſcriba* fortè in caſtris milites, unà cum rege Porſena, recenſebat, iiſque ſtipendium dabat: dum Mutius, qui ad cædem regis venerat, errore ductus, pro rege miniſtrum obtruncat; quod ille cultu corporis nihil à rege differret. *Livius*, lib. cit. Quanquam in regem *immolantem* ante *altaria* eum incidiſſe tradat (3 lib. 3 cap.) *Valer. Maximus*.

Dex-

Dextra) Mutii factum exhibent eleganter gemmæ apud *Leonard. Auguſtini*, 1 Tom. 156 imag. & 2 Tom. 23 imag. & *Abrah. Gorlæum*, 14 imag. *Scævolæ* autem nactus eſt nomen, quod protenſa *lævâ* (σκαιὸς, *lævus*) acciperet gladium, quem ei Porſena, miraculo attonitus, reddens ex tribunali porrigebat. *Plutarchus*, citato libro.

Focis) Ad ſacrificium accenſis. *Sacra* etenim peracta quoque *in caſtris*, & quidem ob cauſas varias. Certè *antequam prælium committerent. Appianus*, 1 lib. *Punicor*, de Scipione, Audaciæ & Pavori ſacra perſolvente. *Plutarchus*, in *Lycurg.* de Spartanorum ducibus, Muſis ſacra facientibus. *Florus*, 4 lib. 12 cap. de Myſis, ante aciem immolato equo vota concipientibus.

XLIV.

XLIV.

CLOELIA,

Tyberim trajiciens.

BIs Cloelia ſenos
Nondum complêrat primævi corporis annos,
Una puellarum Laurentum, & pignora pacis
Inter virgineas regi transmiſſa catervas.
Facta virûm ſilco. Rege hæc, & fœdere, & annis
Et fluvio ſpretis, mirantem *interrita Tybrim*
Tranavit, frangens undam puerilibus ulnis.

Silius, 10 Bell. *Punic.*

E*ia agite, ô ſociæ! patriam remeemus ad urbem.*
Virgineus pudor inviſo malè creditur hoſti.
Et jam, ſive hoſtis retrahet, ſeu Roma remittet
Nil gravius patiemur. In hunc ſævire pudebit,
Credo, viros ſexum. Duce me Tyberina fluenta
Intrate! auſpicibus procedent cætera divis.
Roma ſciat, ſciat Hetruſcus, ſciat Auſonia omnis
Non ſolos audere viros ingentia Romæ.

Thom. Seghetus, Scotus,
4 Meletemat.

EXPLANATIO.

Cloelia) Porſena, rex Hetruscorum, cum (A. V.C. 245) Tarquinios ejectos in urbem reſtituere



CLOELIA, Tyberim trajiciens.

tuere tentaret, primo impetu Janiculum mor tem cepit. Verum Horatii Coclitis virtute & Mutii Scævolæ audaciâ territus, bellum *accept* *obſidibus depoſuit. Inter hos* & *Cloeliam*, nob lem virginem, accepit: quæ, *cuſtodibus decepti* noctu caſtris ejus egreſſa, *equum*, quem fors de derat, *arripuit* &, cæteris puellis comitantibu *Tyberim trajecit.* A Porſenâ tamen per legat repetita & reddita. Cujus ille virtutem miratu cum quibus optaſſet in patriam redire permiſi *Victor*, de Vir. Illuſtr. *Dionyſius*, 5 lib. *Va* *Maximus*, 3 lib. 2 cap. &c.

Ulnis). *Equo trajeciſſe* Tyberim ſunt qui narren Unde & *equeſtris ſtatua* ei poſita, in ſumm Sacra viâ, quà aſcenditur in palatium. *Livius* 2 lib. Negant tamen alii. At Porſena *equum* è regiis eximium ſtratisque eleganter exornatum puellæ dono dedit. Quid tum? honorata al Hetruſco hoc modo *virilis* ejus *audacia. Plu* *tarchus*, in *Poplic.*

Nec obſtat gemma, apud *Begerum*, Spicileg 73 pag. ita enim *Virgilius*, 8 *Æneid.*

Illum indignanti ſimilem, ſimilemque minanti
Aſpiceres; pontem auderet quod vellere Cocles,
Et *fluvium* vinclis *innaret Cloelia* ruptis.

& *Juvenalis*, 8 ſat.

Quod miraretur cum Coclite Mucius, & quæ
Imperii fineis Tyberinum *virgo natavit.*

Rememus) Veniâ impetratâ, & cuſtodibu

lor

ongius ſemotis, *deſcenderant* in flumen *lavatum*, præter decem è patriciis prætextatos obſides, otidem nobiles virgines; & inter eas quoque ipſius Poplicolæ filia, Valeria. Cui & modo dictam *ſtatuam equeſtrem* non pauci tribuunt. *Plutarchus*, & *Dionyſius*, loc. cit.

Remittet) Cauſam, cur *fœminæ* etiam dabantur *obſides*, optimè *Tacitus* expreſſit. Efficacius obligari animos eorum (aït graviſſimus ille author) quibus *obſides* imperatæ *feminæ*: cum infirmum *charumque ſexum* hoſtili *ſævitiæ* ac *ludibrio* facilè credatur *expoſiturus*.

XLV.

VETURIA,

filium placans.

QUo, maleſane, ruis, patriæque, haud tal
merenti,
Hoſtiles infers acies, & tela Latinis,
Infeſtosque tuis intentas moenibus enſes? (tum
Quid Latium, quid Roma in te committere tan
Quid cives potuêre? tua eſt Volumnia conjunx,
Quam ferro, ſcelerate, petis. tua pignora, Marci
Natorumque feris jugulos, ultorque malorum
In mea victricem convertis viſcera dextram.
Uſque adeone tuo concedis fræna furori?
Nec ceſſas certare odiis? tantumne licebit
Invidiæ? patriæque tibi venerabile nomen
Sub pedibus, ceu vile, jacet? jam filius hoſtis
Eſſe cupis, materque tui cum conjuge belli
Materies feralis ero?

Caſp. Barlæus,
orat. *Vetur.*

E X



VETVRIA, filium placans.

EXPLANATIO.

Maleſane) Cajus Marcius Coriolanus, gravi Ro mæ annonâ, advectum è Siciliâ frumentum magno pretio dandum populo curaverat, ut hac injuria plebs agros, non ſeditiones coleret. At à tribuno plebis Decio mox ei dies dictâ. *Ad Volcos ergò conce dit*; *eosque* duce Attio Tullo *adverſus Romano* concitat, & (A.V.C. 265) ad quartum ab urb lapidem caſtra ponit. Cum verò nullis civium legationibus flecteretur, *à* Veturiâ *matre*, & Volumnia *uxore*, matronarum numero comita tis, *motus*, omiſſo bello receſſit. *Sex. Victor*, *Li vius* 2 lib. *Plutarchus*, in *Coriolan. Valer. Maxi mus*, 5 lib, 4 cap.. Dionyſius, &c.

Hoſtiles) Volſcorum. Hi populi *in Latio*, quotidian Romanorum hoſtes. Quorum urbs *Corioli*, à C Marcio capta, ipſi *Coriolano* nomen fecit, *Floru* 1 lib. 11 cap. Ita veteres, etiam apud Græcos ab *actione* aliqua, vel *caſu*, vel *virtute*, au *corporis forma* titulos atque appellationem gere bant. *Plutarchus*, in *Coriolan.* Videantur mea Belgicè ſcripta, de COGNOMINIBU Conſularibus.

Latium) Pars Italiæ, inter oſtia fluvii Tyberi & fluminis Vulturni. *Strabo*, 5 lib. *Plinius*, 3 lib 5 cap. Dictum Latium, quod illic latuerit Satur nus, cum Jovem filium fugeret. *Ovidius*, 1 *Fa*

H

Hac ego Saturnum memini *tellure receptum.*
Coelitibus regnis à Jove pulſus erat.
Inde diu genti manſit Saturnia nomen.
Dicta quoque eſt *Latium* terra, *latente deo.*

Jbi & in regni ſocietatem *à Jano* admiſſus, paci-
icè *cum eo* imperitavit; & *rex*, uniformis
actenus, tunc quaſi *bifrons factus.* Videatur
:aque *Janus duplex* in Numismate veteri; cujus
c Ovidius, loc. cit. ita meminit.

Sed cur *navalis in ære*
Altera ſignata eſt, altera *forma biceps?*
& mox:
At bona poſteritas *puppim* formavit *in ære*,
Hoſpitis adventum teſtificata dei.

Conjux) Virgilia ea nominata *Plutarcho*, *Volum-ia* verò *Livio* & *Val. Maximo*; quemadmo-um & hiſce, mater Marcii *Veturia*, magna natu ıulier; ſicuti illi *Volumnia.*

Natorumque) *Livio* narrante *duos* parvos ex Aarcio *ſecum tulerat* Volumnia.

Patria) Unde ſenior Fabius, ad filium, apud ilium, 7 *B. Punic.*

Succenſere nefas patriæ, nec fædior ulla
Culpa ſub extremas fertur mortalibus umbras.

: Jocaſta, ad Polynicen filium, apud *Senecam*, *'hebaid.* 4. act.

Melius exilium eſt tibi,
Quam *reditus iſte.* crimine alieno exulas,
Tuo redibis.

XLVI.

VIRGINIA,

à patre cæſa.

PErdere *ne* poſſet *cum libertate pudorem,*
Quam melius *cecidit* filia Virginii?
Servat utrumque cadens. fuerit pulcerrima virgo;
Non tamen eſt plagâ pulcrior illa ſuâ.
Dicere jure poteſt fugiens diſpendia vitæ;
Plus enecta patri *debeo* quam genita.

M. Anton. Caſanova,
in epigramm. ſelect.

EXPLANATIO.

Perdere) Populus Romanus cum ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet, Decemviros legibus ſcribendis creavit; qui eas, ex libris Solonis tranſlatas, duodecim Tabulis expoſuerunt, Sed cum pacto dominationis magiſtratum ſibi prorogarent, unus ex ipſis *Appius Claudius*, (A. V. C. 304) Virginiam, filiam Virginii centurionis, in Algido militantis, *adamavit.* Quam cum corrumpere non poſſet, clientem ſubornavit, qui eam in ſervitutem depoſceret, facilè victurus cum ipſe eſſet & accuſator & judex.

Pater re cognita, cum ipſo die judicii ſuperveniſſet, & filiam jam addictam videret, ultim

ej



VIRGINIA, à patre cæſa

46

ejus adloquio impetrato, *eam* in ſecretum *abduxi* & *occidit*. *Victor*, de vir.illuſtrib. *Livius*, 3 lib *Dionyſius*, 11. lib. *Diodorus*, 12 lib. *Florus* 1 lib. 24 cap. *Cicero*, 2 lib. de Finib. *Valer. Maximus*, 6 lib. 1 cap. *Eutropius*, & alii.

Pudorem) Quæ ſemel amiſſus, nullâ arte eſ reparabilis. ita *Ovidius*, 5 epiſt. Heroïd.

Tu quoque clamabis, nulla reparabilis arte
Læſa *pudicitia* eſt. *deperit* illa *ſemel*.

Undè egregiè Alcmena apud *Plautum*, in *Amphitr* 2 act. 2 ſcen.

Non ego *illam* mihi *dotem duco eſſe*, quæ do dicitur;
Sed *pudicitiam*, & *pudorem*, & ſedatum cupi dinem.

Pudor autem, & *caſtitas* in muliere *rariſſima* teſtatur modò citatus *Naſo*, 16 epiſt. Heroïd.

At peccant aliæ, *matrona*que *rara pudica* eſt,
Quis prohibet raris nomen ineſſe meum?

quinimo & ipſe *Juvenalis*, loco ſuperius quoqu exſcripto, è 6 Sat.

Tarpejum limen adora
Pronus, & auratam Junoni cæde juvencam,
Si tibi contigerit *capitis matrona pudici*.

Pulcherrima) Præterea & Lucio Icilio, tribu nitio viro, *deſponſata*.

Filia) Meminit & puellæ *Silius*, 14 B. *Punic* verbis hiſce elegantiſſimis:

Ecc

Ecce pudicitiæ Latium decus, inclyta lethi
Fert frontem, atque oculos terræ Lucretia fixos.
Non datur, heu tibi Roma, nec eſt quod malle deceret,
Hanc laudem retinere diu. *Virginia* juxta,
Cerne, cruentato *vulnus* ſub pectore *ſervat*,
Triſtia *defenſi* ferro *monumenta pudoris*,
Et *patriam laudat* miſerando in vulnere *dextram*.

P*atri*) Qui *pius parricida* dicitur *Oroſio*, 2 lib. 3 cap. Rem ſic depingit *Livius*, 3 lib. *Seducit filiam* ac nutricem propè Cloacinæ, ad tabernas, quibus nunc Novis eſt nomen atque ibi ab lanio *cultro arrepto*, Hoc te uno, quo poſſum, aït, modo, filia in libertatem vindico. *pectus* deinde *puellæ transfigit*, reſpectansque ad tribunal, *Te*, inquit *Appi*, tuumque caput ſanguine *hoc conſecro*. Clamore ad tam atrox facinus orto, excitus Appius, comprehendi Virginium jubet. Ille ferro, quacunque ibat viam facere, donec multitudine etiam proſequentium ruente ad portam perrexit. Icilius, Numitoriusque exangue corpus ſublatum oſtentant populo. Hactenus *Livius*.

XLVII.

OLYNTHIA,

moriens, pia.

DUc, pro lacte, miſer jam grumos ſanguinis infans!
Ultima ſic matris pectora, nate, bibe!
Liquitur hæc animo gladiis heu percita. *Matri.*
Philtra vel ad mortem ſic aluere ſuos!

Theodor. Uchtman, Poſthum.
Curioſor. 1 cent.

EXPLANATIO.

Infans) Accepimus à *Plinio*; cujus (35 lib. 10 cap.) verba hæc eximia: Æqualis Apellis fuit *Ariſtides* Thebanus. Is omnium primus *animum pinxit*, & *ſenſus* omnes *expreſſit* quos vocant Græci *Ethe*, item perturbationes: durior paullo in coloribus.

Hujus pictura eſt, oppido capto *ad matris morientis* ex vulnere *mammam adrepens infans*, intelligiturque *ſentire mater*, & *timere* ne emortuo lacte *ſanguinem infans lambat.*

Quam tabulam Alexander Magnus tranſtulerat Pellam in patriam ſuam.

Matris) fortè *Olynthiæ.* Olynthus enim, inter Athon montem & Pallenen oppidum, Thraciæ maxima urbs; nempè Sithoniæ, quæ Thraciæ pars. Plinius, 4 lib. 11 cap. præter *Herodotum*, in



OLYNTHIA, moriens pia.

in *Polyhymn. Xenophontem*, *Libanium*, *Oroſium*, & alios. Quæ non quidem vi capta ſed *vendita*, & prodita à Laſthane & Eurycrate, *regi* Philippo. *Diodorus*, 16 lib. 54 cap. *Seneca*, 94 epiſt. *Juſtinus*, 8 lib. 3 cap. Unde eleganter de eo, 12 ſat. *Juvenalis.*

Mille eſcaria, multum
Cælati; biberat quo callidus *emptor Olynthi.*

Mox *direpta*, & *exciſa*: *cives*que ſub haſta *venditi. Seneca*, (præter citatos, *Diodorum* & *Juſtinum*, *Demoſthenem*que in *Olynthiac.*) 34 controvers. & 5 declamat. de Parrhaſio pictore, Olynthium ſenem, captum, emptum, ignibus torquente, & ad exemplar ipſius Promethea pingente.

Matris) Placet huic pia matri adjungere non minus piam (ſed ex animalium brutorum cætu ſelectam) matrem; *ciconiam* dico, quæ Delphis, *in* vaſto illo *incendio* anni 1536 (narrantibus Batavorum Annalibus) à paſtu redux, *cum nidum*, *pullosque* adhuc involucres, in excelſo domus camino, *flammis* undiquaque *cinctos* videret, irritoque conatu pullos periculo eximere laboraret, poſtremum expanſis alis ſuprà pullos ſeſe extendit, *cum iis* inter denſos undantium flammarum globos *placidè commoriens.* De eâ hæc *Hadr. Junius*, *Batav.* illuſtr.

Candida & obſtreperis inviſa *ciconia* ranis,
Pignora ab ardenti *viderat igne premi.*

Eri-

Eripiatne ſuos & aperta pericula tentet?
Hinc ſuadet *pietas*, *vita amor* inde vetat.
Hanc *luctam pietas* generoſa *diremit*, & urna
Eſſe eadem, & ſobolis vult libitina ſuæ.
Iam minor Aſſyrium *Phoenicem* fama loquatur,
Vivere quæ buſto quærit, at iſta *mori*.

Philtra) φίλτρον, *amatorium* veneficium, nempe natris; cujus affectus στοργὴ proprie. Unde & avis lla, ſuperius laudata, peregrina, *pietati cultrix*, rotaliſtria, Germanis, aliiſque populis finitimis, ppellatur *ein ſtorck*.

XLVIII.

XLVIII.

ALEXANDER,

parcens Poro.

SI decidit hoſtis,
Ire ſuper ſatis eſt, *vitamque relinquere victo.*

Statius, 8 *Thebaid.*

Hæc docet ut pœnis hominum, vel ſanguine paſci
Turpe ferumque putes; ut ferrum, Marte cruentum,
Sic cum pace premas, ut non infenſus alendis
Materiam præſtes odiis; ut ſontibus ultrò
Ignoviſſe velis; deponas ocyus iram
Quam moveas; precibus nunquam implacabilis obſtes;
Obvia proſternas, *proſtrataque more leonum*
Deſpicias, alacres ardent cum ſternere tauros,
Tranſiliunt prædas humiles. hac ipſe magiſtrâ
Dat veniam victis.

Claudianus, 2. *Stilich.*

EXPLANATIO.

Hoſtis) Alexander, Philippi ex Olympiade ut credebant, filius, Dario, Perſarum rege devicto, Aſiæque innumeris regionibus ſuperatis illis & Indias adjicere ſtuduit. Hydaſpen ergò, nobilem



ALEXANDER, parcens Poro.

48

bilem fluvium, feliciter ſuperat, *Porum aggre*
ditur. Erat hic *humanæ magnitudinis formam* pro
pemodum *excedens.* Magnitudini adjiciebat bellu
qua vehebatur, tantum inter cæteras eminens
quantum aliis ipſe præſtabat. *Victus* tamen *eſt*
elephanto telis confoſſo. *Quem* ut vidit vehicu
impoſitum Alexander, non odio ſed commiſera
tione commotus eſt. Magnitudinem animi ejus
ne fortunâ quidem infractam, *honore excepit*
ægrum curavit, confirmatum in amicorum nu
merum recepit, mox ampliore regno quam te
nuerat donavit. *Curtius*, 8 lib. 25 cap. præte
Arrianum & *Plutarchum*, in Alexandr.

Turpe) Ita Lycus, apud *Senecam*, *Herc.* Fu
rent. 2 act.

Si æterna ſemper odia mortales agant,
Nec cœptus unquam cedat ex animis furor,
Sed *arma felix teneat*, *infelix paret*;
Nihil relinquent bella.

videas ſuperius reliqua, 62 pag.

Deponas) Sicuti hîc *Alexander.* Hujus autem
Numismata inter illuſtrium virorum theſauro
obvia. In quibus ipſum cernimus, vacua *ore*
leonis, galeæ loco, uſurpantem; vel & *expanſ*
crinibus horridum, *diadematum*que, *cervice* (cuju
& *Plutarchus* meminit) ſuperbè *reclinatâ.* In
ſpiciatur *Goltzii* Græc. tab. maximè 34. Non
etenim adeò frequentur apparet in iis *galeatus*; a
imperitioribus placuit, Palladis imagine hacte

nu

nus deceptis. Illa Macedonum numen avitum & gentilium. Cui Perſeus, eorum poſtremus rex, ſacrificium conficit. *Livius*, 42 lib. Cui Alexander, victoriâ alicubi potitâ, perpetuò immolat. *Curtius*, 3 & 8 lib. *Arrianus*, 1 & 6 lib.

Proſtrataque) Sic Alexandri opus eſt, omnibus ipſius factis cæteris tantò longius anteponendum, quanto omnibus victoriis illuſtrior eſt victoria ſui ipſius. Nempe *devicti Darii uxoris*, genitricis, & filiarum, *curam ſuſcipiens*; & à *muliere*, formâ præſtante, in ipſo flore & ardore virentis ævi (tres & viginti annos natus) *abſtinens*. Videantur, præter *Diodorum* & *Lucianum*, *Curtius*, 3 lib. & *Gellius*, 6 lib. 8 cap.

Veniam) ut L. Æmil. Paullus ſupra nominato Perſeo; *quem captivum*, etiam introductum in tabernaculum, *lateri* ſuo *proximum* in concilio *ſedere juſſit*: nec honore menſæ indignum judicavit. *Livius*, 45 lib. *Plutarchus*, in Paull. *Val. Maximus*, 5 lib. 1 cap.

XLIX.

XLIX.

CAJUS FABRICIUS,

elephantum temnens.

SEmper inops quicunque cupit. Contentu honeſto
Fabricius parvo *ſpernebat munera* regum.

Claudianus, 1 *Rufin*

PAuper erat Curius, cum reges vinceret armis;
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum ſperneret aurum.

Claudianus, 4 conſula *Honor.*

DEgeneres *animos* timor arguit.

Virgilius, 4 *Æn.*

ITer *ingreſſus*, *gladium contumque timebis*,
Et mota ad lunam trepidabis arundinis umbram.
Cantabit vacuus *coram latrone* viator.

Juvenalis, 10. ſat. de divitias, poſſidente.

EXPLANATIO.

Fabricius) *Pyrrhus*, rex Epeirotarum, patern genere *ab Achille*, materno ab Hercule *oriun dus*, cum imperium orbis agitaret, & Roma nos potenteis videret, auxilio Tarentinorum be

la



FABRITIVS, elephantum temnens.

lum illis intulit. At cum ſecundo prælio à Romanis eſſet pulſus Tarentum, interjecto anno contra Pyrrhum *Fabricius miſſus eſt.* Hunc autem (A. V. C. 475) inter legatos, de captivis redimendis ad regem amandatum, Pyrrhus privatim benignè habuit, contenditque *ut aurum acciperet* à ſe, nullam quidem ob rem turpem; verum amicitiæ id & hoſpitii pignus appellans. Abnuente illo tacuit Pyrrhus.

At poſtero die, quò eum exterreret, *quod nunquam vidiſſet elephantum*; imperavit ut maximam belluam colloquentibus ipſis admoverent poſt aulæa. quod factum eſt. Tum ſigno dato remotum eſt aulæum, & *proboſcidem bellua* repentè ſublatam *ſuſpendit ſuper caput Fabricii*, vocemque emiſit horrendam & aſperam. *Ille* verò ſenſim converſus *arriſit*, & ad Pyrrhum aït: *neque* heri *aurum* tuum, *neque* hodie *bellua me commovit. Plutarchus*, in *Pyrrh. Victor*, de viris illuſtr.

Pyrrhi) Cernitur ille, apud *Goltzium*, 5 tab in Num. *Theſprotiorum*, imberbis, acri vultu naſo aquilino, & inſignis regio vinculo. Nobiliſſimus Epiri rex, vir magnus, rei militaris peritiâ, invictoque animi robore, omnes ſuæ ætatis reges longè ſuperans. Verum, inſanâ ſpe occupandi aliena, propriis partis excidens. *Juſtinus*, 17 & 18 lib. *Livius*, 12, 13, & 14 lib. *Oroſius*, 4 lib. *Florus*, 1 lib. 18 cap. alii.

Vi

Viator) Ita ſimiliter *Fabricius* ſibi conſcius & ſecurus inanes *elephanti minas ſprevit.* Notandum autem *Elephantos in Europâ non viſos,* ante Macedonum in Aſiam proſperum trajectum. Alexander enim primus *elephantis in præliis uſus* eſt : mox Antigonus, Pyrrhus, Antiochus, Eumenes, cæterique. *Plinius*, 8 lib. 5 cap. *Solinus*, 28 cap. *Frontinus*, ſtrategem. 2 lib. 8 cap. *Juſtinus*, 18 lib. *Pauſanias*, 1 *Attic. Plutarchus*, in *Eumen.*

Saltem *in Italiâ* primum viſi, Tarentino bello, regis hujus Pyrrhi; quinimò & *in triumpho L. Metelli*, pontificis, de Poenis, in Siciliâ profligatis. *Plinius*, 8 lib. 2 & 6 cap. *Romani* tamen *eos adhibuêre*, bello Philippico. *Livius*, 40 lib.

Hi ſæpius, *communi* utriusque partis *periculo, in campum deducti*; in ſuos nempe frequenter ſeſe convertentes. *Curtius*, 8 lib. 14 cap. *Appianus*, *Punicor.*lib. *Hirtius*, Bell.*Alexandrin.* Quippe mole ſua, odore & ſtridore, tam equos quam milites terrentes. *Ammianus*, 25 lib. 1 cap. *Caſſiodorus*, Variar. 10 lib. 20 cap. *Appianus*, *Hiſpanicor. Hirtius*, lib. cit.

Abigebantur tamen illi, vulnerabantur & mutilabantur, haſtis latioribus. *Livius*, 37 lib. ſcalpris fabrilibus. *Iſidorus*, 9 lib. verutis. *Livius*, 30 lib. ſecuribus, & copidis ſive curvatis gladiis. *Curtius*, loc. cit. denique ignibus. *Livius* 35 lib.

L.

SELEUCUS,

ſuam conjugem filio concedens.

O Nimium potens,
Quanto *parentes ſanguinis vinclo tenes*,
Natura? quam te colimus, inviti quoque!
Seneca, Hippolyt. Tragœd 4 act.

EXPLANATIO.

Potens) Seleuci regis filius, *Antiochus*, dictus Soter, *novercæ* Stratonices infrunito *amore correptus*, impium pectoris *vulnus* piâ diſſimulatione *contegebat*. Itaque diverſi affectus iisdem viſceribus incluſi, ſumma *cupiditas*, & maxima *verecundia*, *ad* ultimam *tabem corpus* ejus *redegerunt*. Jacebat ipſe in lectulo, moribundo ſimilis. lamentabantur neceſſarii. pater moerore proſtratus, de obitu unici filii cogitabat. totius domus funebris magis quam regius erat vultus. Sed hanc triſtitiæ nubem Eraſiſtrati medici providentia diſcuſſit. Cujus morbi æger eſſet comperit, & id Seleuco protinus expoſuit. Hic chariſſimâ ſibi *conjuge filio cedere* non dubitavit. Quod in amorem incidiſſet, *fortunæ* acceptum referens; quod diſſimulare eum usque ad mortem paratus eſſet, ipſius *pudori* imputans. Subjiciatur animis *ſenex*, *rex*, *amans*! patebit quam *multa*, quamque *difficilia*

pa-



SELEVCVS, ſuam conjugem filio concedens.

paterni affectus indulgentia ſuperavit. Valer. Maximus, 5 lib. 7 cap. 2 exemp. Extern. *Appianus*, in *Syriac. Diodorus Siculus*, in Excerptis *Peireſcian. Plutarchus* in *Demetr.*

Parentes) Ut hîc Seleucum. Eſt autem *Seleucus* primus, à viginti trium victoriarum numero cognominatus *Nicator*, Antiochi (inter Philippi Macedonis duces optimi) ſive potius *Apollinis*, è Laodice, *filius. Juſtinus*, 15 lib. 4 cap. & alii. Cui mortuo *Nicatorium templum*, tanquam heroï, eſt exſtructum & conſecratum. *Appianus*, in *Syriac. Arrianus*, 7 lib.

Hic *in femore* congenitam habuit *anchoræ figuram*, ſicuti & filii, nepotesque ejus omnes; ut notam generis congenitam & naturalem. *Juſtinus*, & *Appianus* loc cit. *Auſonius*, in *Antiochiæ* encom.

Ingenuum cujus fuit *anchora* ſignum:
Qualis inuſta ſolet generis nota certa; per omnem
Nam ſobolis ſeriem nativa cucurrit imago.

In *Numiſmatibus*, apud *Vaillant*, in Hiſtoria Regum *Syriæ*, apparet nobis imberbis, & *leoninis exuviis*, more Macedonicorum regum, velatus. Verum acta ipſius videas apud citatos, ut & *Strabonem*, *Lucianum*, *Diodorum*, *Juſtinum*, *Pauſaniam*, *Arrianum*, *Nepotem*, *Plinium*, cæteroſque.

Filius ipſius *Antiochus* fuit, cognomento *Soter*; in *Nummis* occurrens juvenili facie, *diadematus*, & non alatus, ut opinantur, verum cornutus. Vide *Spanhemium*, Diſſertat. 365 pag.

De

)e eo autem *nihil memorabile* ſe invenire profi-
:ntur hujus ætatis Chronologi.

Uxor denique *Stratonice*, *Demetrii* Poliorcetis, Macedonum regis, *filia*. *Quam non vivens* Seleucus, eſtibus *Appiano* & *Iuſtino*, *filio dedit* in uxorem; ſed quam *poſt patris mortem* filius *duxit*; ſi credamus mp. *Iuliano*, in Miſopog.

Ea, Nicatoris adhuc conjux, ab *Hiëropolitana lea* (quæ modò Venus, modò Juno dicta. *Plutarchus* in *Craſſ.*) in ſomnio monita, *ut templum* Hiërapoli *reſtauraret*, monitum contempſit. Hinc morbus, & *ex morbo calvities*. Qua deformata ambibat *à poëtis capillos* hyacinthinos, nexusque molles *decantari*: *propoſito* etiam *præmio*, *qui* meliore arte & ingenio *comam laudibus illuſtraſſet*. *Lucianus*, de imagin. Tandem tamen ædem promiſit, & placatâ Junone convaluit. Idem *Lucianus*, de dea *Syriâ*.

In decreto, & fœdere Magneſiorum & Smyrnoeorum, apud *Seldenum*, (ad marmora *Oxoniens.*) ut Antiochus *dei*, ſic illa nomen fert *deæ*, & quidem *Veneris Stratonicidis*. *Venus* enim *Stratonicis* erat illa Hiërapolitana; quam præ cæteris regina colebat. *Lucianus*, de dea *Syr.* ſive potius *Aſſyriâ*. *Tacitus*, 3 Annal. 63 cap. *Deorum*, autem *nomina* & ſtatuas *hominibus* defunctis & *conſecratis* ſubinde *concedere* ſolebant veteres. Teſtatur *Statius*, 5 ſylv. 1 carm. de *Priſcilla Abaſcantii*; & alii.

LI.

MARCUS ATTILIUS REGULUS,

ad Carthaginienſes reverſurus.

FErtur *pudicæ conjugis oſculum*
Parvoſque natos, ut capitis minor,
Ab ſe removiſſe, & *virilem*
Torvus humi poſuiſſe vultum.
Donec labantes conſilio patres
Firmaret autor, nunquam alias dato,
Interque mœrentes amicos
Egregius properaret exul.
Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus
Tortor parârat. non aliter tamen
Dimovit obſtantes propinquos
Et populum, reditus morantem,
Quam ſi clientum longa negotia,
Dijudicatâ lite, relinqueret,
Tendens Venefranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

Horatius, 3 lib. 5 od.

ECce, *trahens geminum natorum* Martia *pignus*,
Infelix nimiâ magni virtute mariti,
Squallentem *crinem* & triſtis *lacerabat amictus.*

Ag-



REGVLVS, ad Carthaginienſes reverſurus.

Agnoſcisne diem ? an teneris non hæſit in annis
Atque ea poſtquam habitu juxta, & velami
Pœno
Deformem aſpexit, fuſis ululatibus ægra
Labitur, & gelidos mortis color occupat artus.
Si qua deis pietas, tales Carthago videre
Dent tibi Sidonias matres. Me voce quietâ
Affatus, jubet & veſtros & conjugis unà
Arcere amplexus.

Silius, 6 Bell. *Punic.* in or
Mari armigeri ad *Serranum*

EXPLANATIO.

Removiſſe) Marcus Atilius Regulus conſu primus Romanorum ducum in Africam claſſe trajecit. Proſperè pugnavit, oppida multa cepi Mox *arte Xanthippi* Lacedæmonii, mercenai militis, *captus*, *& in carcerem miſſus. Legatus* (permutandis captivis (A. V. C. 503) *Roma miſſus*, dato jure jurando, ut ſi non impetra ſet, ita domum rediret, in ſenatu *conditione diſſuaſit*: *rejectis*que à ſe *conjuge* & *liberis*, Ca thaginem *regreſſus*. Ubi in arcam ligneam conje tus, clavis introrſum actis, vigiliis ac dolore *pu nitus eſt. Victor* de vir. Illuſtr. *Val. Maximus* lib. 2 cap. 1 exemp. extem. *Cicero*, 1 & 3 offi cior. *Gellius*, 6 lib. 4 cap. *Appianus*, in Punic. ali

Tortor) De *ſupplicio* Reguli *Cicero* in *Piſo* ubi vocat *machinam*, quæ *arca Senecæ*, 67 epiſt

crux eidem, 98 epiſt. *tormenta* huic ipſi, b. de Provident. 3 cap. imò & *armarium*, mucibus præfixum: quo tamen nobiliſſimos Pænom captivos à Reguli liberis incluſos narrat *Gellius*, loc. cit.

Interim ſupplicium hoc *fabulam fictam*, tragœdiamque ad pulpita amandandam credit *Palmeus*, ad *Appiani* lib. citatum. Certè *Polybius*, qui ellum primum Punicum prolixè ſatis exequitur, um Reguli cladem & captivitatem narret, nec de jus itu & reditu, nec *de ipſius morte* loquitur. *Morbo* enim *mortuus in captivitate* Regulus. Cuius uxor irritata (ſperaverat ſe per nobiliorum captivorum permutationem marito potituam) crudeliter hoſce vexavit. Hinc iræ Senatus adverſus matrem & liberos. *Ea* vero, ut crudelitati juſtitiæ daret colorem, *fabulam* de necatò per tormenta marito *in vulgus tradidit*: Et propter odium Carthaginenſium ea facillimè credita. Videantur *Polybius*, 1 lib. & *Diodorus Sicul.* 24 lib. inter Fragmenta *Valeſiana*.

LII.

L I I.

SOPHONISBA,

venenum exhauriens.

HUnc metuit ſexum Carthaginis æmula Rom
Gradivum quæ jactat avum! per ſidera jur
Quæ linquo! Styga, Cocytum, Phlegetont
que teſtor,
Quos adeo; pudet hoſtis! an hi potuêre Syphace
Vincere, quos terret tantum non fœmina capta
Ille quidem indignis porrexit brachia vinclis!
At mihi mens alia eſt. Vinctam me nemo videbi
Non ego, Romulidæ, veſtros ornabo triumpho
Ad currum Lybico de ſanguine ſufficit unus.
Regum ut neſcirem thalamos, nec patria dives
Carthago, nec adoratæ pater Aſdrubal eſſet,
Attamen (& dubium eſt) animos geſtare viriles
Jam debet, quam Roma timet. pulcherrima
conjux,
Dona mihi, famam libertatemque dediſti.
At conjux mihi fide ſatis, nimiumque Latinis,
Sed tibi fide parum, hic non parere licebat;
Ecquis enim cauſam non defendiſſet amoris?
Sed bene & hoc. *vincla avertent hæc pocula nobis*;
Hæc dement tibi, Roma, metum. quænam eluet
ætas (benas?
Hanc maculam tibi, tu quæ orbis meditaris ha-
Si



SOPHONISBA, venenum exhauriens.

Si neſcis, mulier de te jam, Roma, triumpha
Ad Styga vado libens. habeo ſolatia mortis.
Scribetur tumulo: Sophonisbam Roma timeba

Thom. Seghetus; Scotus;
23 Meletemat.

EXPLANATIO.

Roma) Scipio Carthaginienſes, Syphacemqu Numidarum Regem, & *Aſdrubalem* in Afric adortus, pluribus præliis *vicit*; binaque hoſti um caſtra expugnavit, aliquot hominum millibu ferro igneque conſumptis. *Syphacem* porrò pe Cai. Lælium & Maſaniſſam *cepit*. Maſaniſſa *So phonisbam*, Syphacis uxorem, Aſdrubalis filiam *captam* ſtatim *adamavit*; & factis nuptiis uxoren habuit. *At* à Scipione *caſtigatus* venenum e *transmiſit*; quo quidem hauſto (A. V. C. 550) ill deceſſit. *Livius*, 30 lib. *Plutarchus*, in *Scip. African*

Vinclis) Reges & duces *captivi*, in triumpho vincti *catenisque onerati*. *Florus*, 3 lib. 1 cap. d Jugurtha. *Vopiſcus*, in *Aurelian.* de Zenobia regi na. *Livius*, 43 lib. de Hamilcare. eæque *caten injectæ collo*. *Ovidius*, 1 Art. 4 Triſt. 2 eleg. & 2 Pont. 1 eleg. *Claudianus*, de B. Getic.

Hæc & Teutonico quondam patefacta terrori,
Colla catenati vidit ſquallentia *Cimbri*.

vel & *manibus*. *Ovidius*, 1 *Amor.* 7 *eleg.* *Sta tius*, 12 *Thebaid.* & *Propertius*, 4 lib. 10 eleg de Cleopatra:

Fu-

Fugiſti tamen in timidi vaga cornua Nili;
Accepêre tuæ Romula *vincla manus.*

Pocula) Venenata. *Venenum* etenim plerumque, inter theſauros, ſecum tulêre barbari principes. Ita *Livius*, lib. cit. de Maſaniſſa: ingenti ad poſtremum edito gemitu, fido ex ſervis uno accito, (*ſub cujus cuſtodia*, regio more, ad incerta fortunæ *venenum* erat) ei miſtum in poculo ferre ad Sophonisbam jubet.

De *venenis* autem nota quæ *Plinius*, 2 lib. 63 cap. ubi de terrâ, cunctorum matre. Quin & *venena* noſtri miſertam, ait, inſtituiſſe credi poteſt; ne in tædio vitæ diræ *famis mors*, terræ meritis alieniſſima, lentâ nos conſumeret tabe; ne lacerum corpus *abrupta* diſpergerent; ne *laquei* torqueret pœna præpoſtera, incluſo ſpiritu, cui quæreretur exitus; ne in *profundo* quæſitâ morte, ſepultura pabulo fieret; ne *ferri* cruciatus ſcinderet corpus.

Ita eſt; miſerta genuit id, cujus *facillimo hauſtu*, illibato corpore, & cum toto ſanguine extingueremur, nullo labore, *ſitientibus ſimiles*. Hæc *Plinius*. Verum de deteſtabili ἀνδροχειρία inferius, ad 58 Tab.

LIII.

HANNIBAL,

veneno vitam finiens.

Expende Hannibalem; quot libras in duce ſummo
Invenies? hic eſt quem non capit Africa, Mauro
Perfuſa oceano, Niloque admota tepenti;
Rurſus ad Æthiopum populos, alioſque elephantos,
Additur imperiis Hiſpania. Pyrenæum
Tranſilit. oppoſuit natura Alpemque, nivemque;
Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.
Jam tenet Italiam. tamen ultrà pergere tendit.
Actum, inquit, nihil eſt, niſi Pœno milite portas
Frangimus, & mediâ vexillum pono Saburrâ.
O qualis facies, & quali digna tabellâ,
Cum Getula ducem portaret bellua luſcum!
Exitus ergò quis eſt? ô gloria! vincitur idem
Nempe, & in exilium fugit. atque ibi *magnus*
Mirandúſque *cliens ſedet ad prætoria regis*,
Donec Bithyno *libeat vigilare tyranno.*
Finem animæ, quæ res humanas miſcuit olim,
Non gladii, non ſaxa *dabunt*, non tela: *ſed* ille
Cannarum vindex, ac tanti ſanguinis ultor
Annulus. i demens, & ſævas curre per Alpes,
Ut pueris placeas, & declamatio fias!

Juvenalis, 10 ſatyr.

EX



HANNIBAL, veneno vitam finiens.

EXPLANATIO.

Duce) Hannibal Hamilcaris filius, novem annos natus, à patre aris admotus odium in Romanos perenne juravit. Ex inde ſocius & miles in caſtris patris fuit. Mortuò eo cauſam belli quærens, Saguntbum, Hiſpaniæ urbem Romanis foederatam, evertit. Tum patefactis Alpibus in Italiam trajecit. Publ. Scipionem apud Ticinum, Sempron. Longum apud Trebiam, Flaminium apud Thraſimenum, Paullum & Varronem apud Cannas ſuperavit. Cumque urbem capere poſſet, in Campania divertit, cujus deliciis elanguit. Et cum proximè urbem caſtra poſuiſſet, tempeſtatibus repulſus, primum à Fab. Maximo fractus, deinde â Valer. Flacco repulſus, à Graccho & Marcello fugatus, in Africam revocatus, à Scipione eſt ſuperatus. Dehinc *ad Antiochum* regem Syriæ *confugiens*, eum hoſtem Romanis fecit. *Quo victo, ad* Pruſiam *Bithyniæ regem conceſſit. Inde* Romanâ legatione per Tit. Flamininum *repetitus*, ne Romanis traderetur, (A.V.C. 570) *hauſto* (quod ſub annuli gemmâ habebat) *veneno* abſumptus eſt. *Victor*, de Vir. Illuſtr. *Livius*, 39 lib. & ſeq. *Plutarchus*, & *Nepos*, *in Hannib. Appianus* in *Hannibalic. Silius*, paſſim lib. Bell. *Punic. Solinus*; 44 cap.

Libras) Hoc eſt, *ponderando explora cineres* maxi-

maximi *illius ducis*, quot librarum illos eſſe cenſes? paucarum certè: fuit ille tamen, quem vivum tota Africa non cepit.

Facies) Quam, inter ſelectiora ſua, ſervat in argento humaniſſimus Mecænas noſter, Dn. JAC. DE WILDE; cujus opulentiſſimo Nummophylacio *Snabelii* (pro! qualis in hiſce amœnitatibus viri) pulcerrimum *votum* lubens affigo:

Creſcite Wildiadæ (ſic opto) creſcite *gazæ*,
Et *Domini docti tollite ad aſtra decus.*

Apparet enim illic Punicus ille ductor crinitus & barbatus, pectore humeriſque amplis, vultu truculento & immiti; totus denique firmus, ſolidus, & laborum patiens.

Vindex) Reſpicit ad famoſam illam cladem ad Cannas; ubi tot nobiles Romani periêre, ut etiam aliquot *menſuras annulorum*, à nobilium peremptorum digitis detractorum, *Carthaginem miſerit Hannibal. Livius*, 23 lib. *Florus*, 2 lib. cap. *Val. Maximus*, 7 lib. 2 cap. 13 extern. *Silius*, 11 *B. Punic. & alii.*

LIV.

PUBL. CORNEL. SCIPIO ÆMILIANUS, AFRICANUS Minor, *deflens Carthaginem.*

O Lubrica ævi fata! quis veſtras vices
Aut novit, aut non metuit? i, vitæ bonis
Confide nimium! quantulum humanas opes
Impellit! an nos urbis everſæ repens
Caſus feroces reddit? at timidos facit
Idem hic & animos minuit everſæ cinis!
Jacet inclytum urbis ſpecimen, & mundi alterum
Decus! hæc, tot annos robore atque opibus vigens,
Tota in ruinas abiit. hic operis labor
Ingentis illæ turrium eductæ polo
Cecidere moles. *illa tectorum vapor*
Fumificus ambit culmina. hæc ſuperûm flagrant
Delubra & ædes. illa, tot ſeclis potens,
Carthago, inanis campus atque ingens ſolum eſt?
Atque aliquis, illam vomere exercens humum,
Hîc Tyria, dicet, mœnia, hîc arces erant!

Dionyſ. Petavius, Aurelianenſis, Carthaginenſ. Trag. Act. 5. ſcen. poſtrem.

EXPLANATIO.

Fata) Cum Romæ magnates, bello Punico ter-



SCIPIO, deflens Carthaginem.

54

tertio, delendam eſſe Carthaginem pertinaciter cenſerent, belli totius finis Scipionem (quippe *Africæ Scipionum fatale nomen*) repoſcebat. Erat hic Æmilio Paullo, Perſei Macedonici victore, procreatus, ab Africani magni filio, in decus gentis, aſſumptus. Verum ei *plus negotii* fuit *cum ſemirutâ Carthagine*. Tandem tamen, deploratis rebus Aſdrubal ſeſe dedit, & *urbs* (A. R. C. 607) *capta eſt*. Quanta urbs deleta ſit, vel ignium mora probari poteſt: quippe *per continuos decem & ſeptem dies* vix potuit incendium extingui, quod domibus ac templis ſuis ſponte hoſtes immiſerant. *Florus*, 2 lib. 15 cap. *Livius*, 51 epitom. *Paterculus*, 1 lib. 12. cap. & alii.

Conſide) Pulcherrima, quæ de Scipione *Appianus*, *Punicor.* 82 cap. cujus hæc verba. At Scipio *urbem* (quæ per annos, ex quo fuerat condita, ſeptingentos floruerat, maris & inſularum imperio, armis, claſſibus, elephantis, pecuniis, conferenda cum quovis regno maximo: audacia verò & alacritate præferenda etiam, quando ademptis navibus, armiſque, tamen per triennium famem & bellum ſuſtinuit) tunc *funditus deletam videns*, *illacrymaſſe dicitur*, & propalam *defleviſſe fortunam hoſtium*; quippe qui diu multumque cogitans conſiderabat, civitates etiam genteſque ac imperia mutationibus obnoxia eſſe omnia, haud ſecus quam fortunas hominum. Accidiſſe id quondam *Ilio*, fortunatæ civitati: accidiſſe deinde *Aſſyriis*, *Me-*

Medis, *Perſis*, quorum deinceps latiſſima fuerunt imperia: idem paſſos nuper *Macedonas*, quorum imperium maximum & illuſtriſſimum fuerat. itaque ſive volenti, ſive imprudenti, hoc carmen excidit:

Jamque dies aderit quo concidat *Ilion* ingens,
Et *Priamus Priamique* ruat *plebs* armipotentis.

Hæc ille.

Carthago) De cujus ſitu, magnitudine, partibus, præter *Melam*, *Polybium*, & *Saluſtium*. *Strabo*, 17 lib. *Livius*, 36 lib. & alii.

Flagrant) *Incenſæ* Carthaginis quoque ſic meminit *Horatius*, (videas & 7 epod.) 4 lib. 8 od.

Non celeres fugæ,
Rejectæque retrorſum Hannibalis minæ,
Non *incendia Carthaginis* impiæ
Ejus, qui *domitâ nomen ab Africa*
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabræ Pierides.

L V.

ANTIOCHUS,

matris inſidiis oppugnatus.

O fragilis damnoſa ſuperbia ſceptri!
O furor! *ô nimium dominandi innata cupido*,
Mortales quo cæca vehis? quo gloria tantis
Inflatos transfers animos quæſita periclis?
Quot tecum inſidias, quot mortes, quanta malorum
Magnorum tormenta *geris*? quot tela, quot enſes
Ante oculos, ſi cernis, habes?

Maphæus Vegius,
Supplement. *Æneid. Virgilian.*

EXPLANATIO.

Superbia) Demetrio Nicatore (cujus pater Demetrius Soter) rege Syriæ apud Parthos in vinculis ſeneſcente, *regnum adminiſtrabat Cleopatra*, Ptolemæi Philometoris filia, Antiocho Sidete, h. e. *Venatori*, ſecundis nuptiis juncta. Nicator interim à Phrahate in Syriam mittitur, cum Parthico præſidio, ad occupandum regnum. At ab Alexandro Zebenna, rege ſuppoſititio, funditur, & prope Tyrum, religione templi ſe defenſurus, interficitur. ſtimulante reginâ; quæ & *Seleucum*, *alterum è filiis*, *necat*, quoniam ſine



ANTIOCHVS, matris inſidiis oppugnatus.

ſine matris auctoritate diadema ſumpſiſſet. Alter (cui ob pietatem erga matrem, *Philometoris*, & propter naſi magnitudinem *Grypi cognomen datum*) rex *à matre* hactenus *conſtituitur*, ut *nomen regis penes filium*, *jus* autem omnis *imperii penes matrem* eſſet. Hic Alexandrum, ignobilem illum, ſuperat & interficit. At patrio regno recuperato, externiſque periculis liberatus, inſidiis matris appetitur. Illa enim, cupiditate dominationis, prodito Demetrio marito, interfecto filio altero, alteri quoque, *ab exercitatione venienti*, *poculum veneni obtulit.* Sed Grypus, *prædictis* jam antè *inſidiis*, veluti pietate cum matre certaret, *bibere ipſam jubet*, abnuenti inſtat. Poſtremum *prolato indice eam arguit*, ſolam defenſionem ſceleris ſupereſſe affirmans, ſi bibat quod filio obtulit. Sic victa regina, ſcelere in ſe verſo, veneno, quod alii paraverat, extinguitur. *Juſtinus*, 39 lib. 2 lib. *Appianus*, in *Syriac.*

Cupido) Qualis in hac ſcelerata regina: cui rectè hoc Ovidii, 7 epiſt. Heroid.

Te lapis & montes, innataque rupibus altis
Robora, te ſævæ *progenuêre feræ.*

Spectatur, in Seleucidarum numismatibus apud *Vaillant*, mitrata, & *velata*, juxta filium Antiochum, diadematum; *capitibus*, uti ajunt, *jugatis*; ita tamen ut illa effigie & titulo filio præponatur. *Velata* autem; cum ſola, inter Syriæ reginas, *parentum*, Berenices & Arſinoës,

Ægyptia-

Ægyptiarum *imitata exemplum*, *Deæ* ſuperbum titulum ſibi arrogaverit.

Cæca) Rectè cæca & amens illa; dum, Photini verbis, apud *Lucanum* (8 *Pharſal.*) hoc modo diſſerere non erubeſcit:

Sidera terrâ
Ut diſtant, & flamma mari, ſic *utile recto.*
Sceptrorum vis tota *perit*, *ſi pendere juſta*
Incipit; evertitque arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt, quæ regna inviſa tuetur,
Sublatusque modus gladiis. facere omnia ſævè
Non impune licet, niſi dum facis. *exeat aulâ*
Qui volet eſſe pius. virtus & ſumma poteſtas
Non coëunt. ſemper metuet, quem ſæva pudebunt.

LVI.

CAJUS MARIUS,

in carcere.

POſt Teutonicos victor Lybicosque triumphos,
Exul limoſâ Marius caput abdidit ulva.
Stagna avidi texêre ſoli, laxæque paludes
Depóſitum, Fortuna, tuum. mox *vincula* ferri
Exedêre ſenem, longusque *in carcere* pædor.

Lucanus, 2 *Pharſal.*

EXilium, & *carcer*, Minturnarumque paludes,
Et mendicatus victâ Carthagine panis,
Hinc cauſas habuêre. quid illo cive tuliſſet
Natura in terris, quid Roma beatius unquam,
Si circumducto captivorum agmine, & omni
Bellorum pompâ, animam exhalaſſet opimam,
Cum de Teutonico vellet deſcendere curru.

Juvenalis, 10 Sat.

EXPLANATIO.

Teutonicos) Cajus Marius, Arpinas, humili loco natus, primis honoribus per ordinem functus, legatus Metello in Numidia, eum criminando adeptus conſulatum, *Jugurtham regem* captum (A. V. C. 647) *ante currum egit.* In proximum annum conſul ultro factus, Teutones in Gallias ad Aquas Sextias, *Cimbros* in Italia in campo Caudio vicit, deque his *triumphavit.* Sexies conſul per ordinem factus, Saturninum tribunum plebis, & Glauciam prætorem,

ſe-



MARIVS, in carcere.

ſeditioſos ex ſenatusconſulto interemit. Et cum rogatione Sulpiciâ, provinciam Sullæ eriperet (A. V. C. 652) armis ab eo victus; Minturni in palude delituit. Inventus, & *in carcerem con jectus*, tandem accepta naviculâ in Africam traje cit. ibi diu exulavit. Mox dominatione Cinn: nâ revocatus, ruptis ergaſtulis exercitum fecit cæſisque inimicis injuriam ultus, ſeptimo con ſulatu, morte voluntariâ deceſſit. *Victor*, in vi Illuſtrib. *Plutarchus* in *Marii* vit. *Appianus*, B. C vil. 1 lib. *Paterculus*, 2 lib. 19 cap. *Livius* epitom. *Florus*, 3 lib. 21 cap *Oroſius*, 5 lib 19 cap. *Manilius*, Aſtronom. 4 lib. alii.

Triumphos) *Triumphus*, apud Romanos, *hon* omnium *ampliſſimus*, ei decretus, qui conſecutus rat victoriam, rarâ ſuorum internecione, mult cæſorum hoſtium ſanguine, & captivorum vulner

Apparatus autem hujus, & *pompa variata* pr Reipublicæ incremento, & rerum geſtaru magnitudine. Videantur *Dionyſius*, *Gellius* *Plutarchus* in *Paullo*. *Cicero*, in *Piſonem*. *Vale Maximus*, *Livius*, paſſim. Poëtæque inferius citand

Marius) Occurrit (ſi credere liceat) ſincipi calvo, occipite verò crinito, & abſque barba, in a genteo *Mariæ* gentis denario, *Goëſiani* Theſauri verum (ſcilicet *in ære ficto*) apud ſuperius laudatu JAC. DE WILDE; nudo capite, *hiſpidis* & fro tem velantibus capillis, *horrida*que & umbroſa ba bâ. Videantur *Patini* Numiſmata, ad *Suetonii Ju*

Capt

Captivorum) Triumphali *currui* præcedebant *captivi*, catenis vincti, reges & duces devictarum gentium. *Joſephus*, *Plutarchus*, *Appianus* & *Livius*, paſſim. *Ovidius*, 4 Triſt. (vide & *Tibullum*, 1 lib. 8 eleg. 1 Art. *Propertium*, 2 lib. 1 & 11 eleg.) 2 eleg.

*Vincla*que captivâ *reges* cervice *gerentes*
Ante coronatos ire videbit equos.

ita Gentius, Perſeus, & Jugurtha, ante currum Anicii, Paulli, & Marii noſtri. *Livius*, & alii.

Curru) Triumphantium *currus* plerunque erat rotundus: teſtibus innumeris *Numiſmatibus*. tractus *ab equis quatuor*. *Propertius*, 4 lib. 1 eleg. de Romæ exiguis primordiis:

Hinc Tatiens, Rhamneſque viri, Luceresque coloni.
Quattuor hinc albos *Romulus egit equos*.

& quidem *candidis*. *Ovidius*, (vide & 2 *Pont*. 8 eleg.) 1 Art.

Ergo erit illa dies, qua tu pulcherrime rerum
Quattuor in niveis aureus ibis *equis*.

Currus quoque modò ex *auro*. *Horatius* (præter *Propertium*, 1 lib. 16 eleg. & *Eutropium*, in *Paullo*) 9 epod.

Io triumphe, tu moraris *aureos*
Currus, & intactas boves.

modò ex ebore. *Tibullus*, 1 lib. 8 eleg. *Ovidius*, *Pont*. 4 eleg. 4 Triſt. 2 eleg. & Conſolat. ad *Liviam*.

LVII. MONYMA, *miſeriis obruta.*

Prompta mori Monyme textum *diadema* lapill
Induit in nodum, triſte pependit onus,
Rumpitur, *illa cadit.* vitam quæ perfida fallit
Faſcia, debuerat fallere nolle necem.

Balduin.Cabiljavius, in epigramm. ſeleć

EXPLANATIO.

Prompta) Monyma, Mileſia, Philopœmen filia, *inſigni forma & lepôre*, ſed *ingenio melio* placebat Mithridati regi. Tentat eam blanditi & muneribus. fruſtrà. Tandem nuptiarum titu lo & pacto vincit. Sed quid illa? moeret, & ſo tem ſuam deplorat; pro marito enim *dominun* pro liberis & familiâ eunuchorum & *barbar rum cuſtodiam*, nacta.

Victus tandem (A. V. C. 691) à Roma Mithridates. Ita animi atque amoris æger, ne poteſtatem Monyma veniret, miſit qui mortẽ indiceret. Illa nihil cunctata, *diadema* detractu capiti (nam ut regina exornabatur) *collo aptav* atque ex eo *ſeſe ſuſpendit*.

Sed imbecillo & diffracto, indignabunda, *in lix faſcia*, inquit, *nec hîc mihi eris uſui*? & abjici illud ac conſpuens, jugulum eunucho alacriter

ti



MONYMA, miſeriis obruta.

tulit, & tantummodò non læta pæriit. *Plutarchus*, in *Lucull. Appianus*, in *Mithridatic. Dio*, 36 lib. *Lipſius*, Monit. & Exemp. Politic. 1 lib. 7 cap.

Diadema) Faſcia lata atque alba, caput ambiens; ſupremæ ac *regiæ poteſtatis nota. Herodianus*, 6 lib. de Artabano. *Machabæor.* 1 lib. 13 cap. de Tryphone, & 11 cap. de Ptolemæo. *Apud antiquiores* tamen Græcos *ignotum* prorſus *geſtamen*, nec niſi poſt plures ætates, *à Macedonibus*, ex oriente *deductum. Juſtinus*, 12 lib 3 cap. *Curtius*, 6 lib. 6 cap.

Inde diadema, quod *Diodoro* Perſicum, *Herodiano* Macedonicum; *Lucano* (5 lib.) Pellæum. *Imperatorum* autem *Romanorum*, poſt Conſtantinum, erat *gemmatum*; ſive potius duplex margaritarum linea. Inſpicias *Regum* Nummos apud *Vaillant*, de Syr. regib. & *Auguſtorum*, apud pluries nominatos *Arſchotanum*, *Patinum*, *Hemelarium*, alios. Perluſtresque *Spanhemium*; qu de *regio* hoc *capitis ornamento* plurima, ut ſolet eruditiſſimè, 5 Diſſertat. 457 pag.

Pependit) Apud priſcos Stoïcorum fuit pla citum, mortem ſolam ærumnis intolerabilibus im ponere exoptandum *finem.* Unde *Seneca*, de ir (videas & 58 epiſt. & alibi paſſim) 3 lib. 15 cap Quocunque reſpexeris, ibi *malorum finis* eſt. V des illum *præcipitem* locum? illac ad libertatem deſcenditur. Vides illud *mare*, illud *flumen*, il lum *puteum*? libertas illic in imo ſedet. Vid illam *arborem*, brevem, retorridam, infel

cen

cem? pendet inde libertas? Vides *jugulum* tuum, guttur tuum, *cor* tuum? effugia ſervitutis ſunt. Nimis tibi operoſos exitus monſtramus, & multum animi ac roboris exigentes. Quæris, quod ſit ad libertatem iter? *qualibet* in corpore tuo *vena*.

Hinc tot miſeri, ſibi violentas manus inferentes, infelicitati ſuæ impoſuere terminum. *Martialis* tamen, 1 lib. 9. epigr. Decianum laudat, qui *mala* fortiter *toleret* perferatque, non molliter ad mortem quaſi remedium confugiat. en verba:

Quod magni Thraſeæ, conſummatique Catonis
Dogmata ſic ſequeris, *ſalvus* ut *eſſe* velis,
Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes!
Quod feciſſe velim te, Deciane, facis.
Nolo virum, facili redimit qui ſanguine famam:
Hunc volo, *laudari qui ſine morte poteſt.*

Fanniumque ſeſe interficientem (2 lib. 8 cap.) ridet:

Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit:
Hic, rogo, *non furor eſt, ne moriare, mori?*

audiamus quoque *Varronem*, qui ſic ad hos tales:

Quamnam tibi dicam eſſe *feram*,
Qui manu corporis fervidos
Aperis lacus ſanguinis,
Atque *vitâ te levas*
Ferreo *enſe*.

Videantur & *Cicero*, lib. de Senectut. & in Somn. Scipion. *Euripides* in *Hercul.* Furent. *Apulejus*, Philoſophicor. 3 lib. de Philoſophiâ, alii.

LVIII.

CN. POMPEJUS MAGNUS,

uxorem conſolans.

NObile cur robur fortunæ vulnere primo,
Fæmina, tantorum titulis inſignis avorum,
Frangis? habes aditum manſura in ſecula famæ,
Laudis in hoc ſexu, non legum jura, nec arma,
Unica materia eſt conjux miſer. erige mentem,
Et tua cum fatis pietas decertet, & ipſum,
Quod ſum victus, ama. nunc ſum tibi gloria major.
A me quod faſces, & quod pia turba ſenatus,
Tantaque diſceſſit regum manus. incipe Magnum
Sola ſequi. deformis, adhuc vivente marito,
Summus, & augeri vetitus dolor. ultima debet
Eſſe fides, lugere virum, tu nulla tuliſti
Bello damna meo. vivit poſt prælia Magnus,
Sed fortuna perit. quod defles, illud amaſti!

Lucanus, 8 Pharſal.

EXPLANATIO.

Fortuna) Cnæus Pompejus, à Luc. Cornel. Sulla dictus Magnus, in campis Macedonicis, adverſus ſocerum Cæſarem conflicturus, Corneliam, uxorem, Metelli Scipionis filiam, clam Lesbon extra tumultum miſit. Mox (A.V.C. 705)

aciem



POMPEIVS, uxorem conſolans.

aciem commiſit, *pugnavit*, & ſuperſtes dignitatis vitam ſcilicet conſervavit, ut cum majore dedecore per Theſſalicam Tempe *fugeret*, & unâ naviculâ Lesbon applicaretur. Ibi Corneliam & filium, ut in Ægyptum traduceret, accepturus, *vidit eam*, nuncio *attonitam*, dolore *exanimatam*, luctu mutam; ſeriusque in ipſum ſeſe rejicientem complexa eſt. *Plutarchus*, in *Pomp.* *Lucanus*, 8 *Pharſal.* *Florus*, 4 lib. 2 cap.

Avorum) *Scipionum.* Pater enim ei erat Quint. Cæcil. Metellus Pius *Scipio.* Hic, bello è Pharſalicis campis in Mauretaniam tranſlato, nave fugiebat; ſed, aſſecutis eum hoſtibus, gladium per viſcera exegit, & ubi eſſet quodam requirente, reſpondit hoc ipſum, *Benè ſe habet imperator!* *Florus*, 4 lib. 2 cap. *Seneca*, 24 epiſt. & *Valer Maximus*, 3 lib. 2 cap. 13 exemp.

Senatus) Qui non tantum *Numismatibus* ἱερὸς, h.e. *ſacer*, ſed & poëtis; ut *Juvenalis*, 11 ſat.

Sive
Conjugium quæras, vel *ſacri* in parte Senatus
Eſſe velis.

Claudiano; qui *deos vocat* Senatores, *Honorii* 6 conſulat.

En *quales* memini, turba verenda, *deos.*

& *Virgilio*; licet ejus ſermo (1 *Æneid.*) de Carthaginienſium Senatu:

Jura magiſtratusque legunt, *Sanctum*que *Senatum.*

Unde

Unde civitates Aſiæ certant, apud *Tacitum* (4 Ann. 15 cap.) de *ſtatuendâ ſacra æde* Tiberio Liviæque ejus matri, ac *Senatui.*

Videatur præſertim *Spanhemius*, 5 Diſſertat. 412 & ſeq. pag.

Magnum) *Magni cognomen* ei à Sulla datum. *Plutarchus*, in vit. Cernitur apud *Fulv. Urſinum*, in gentis *Pompejæ* denariis; comâ ſcilicet modicè ſurrectâ; cujus meminit, præter *Plutarchum*, *Silius*, 13 *Punic.*

Ille, hirtâ *cui ſubrigitur coma* fronte, decorum
Et gratum terris Magnus caput: ille deûm gens
Stelligerum attollens apicem Trojanus Julo
Cæſar avo, quantas moles, quum ſede recluſâ
Hac tandem erumpent, terrâque marique movebunt!

LIX.

MARCUS ANTONIUS,

Cleopatræ illecebris irretitus.

TE jucundâ fronte feſellit
Luxuries, prædulce malum; quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus,
Membraque Circæis effeminat acrius herbis.
Blanda quidem vultu; ſed quâ non terrior ulla,
Interius fucata genas, & amicta doloſis
Illecebris, torvos auro circumligat hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis;
Te, &c.

Claudianus, 2 *Stilich.*

EXPLANATIO.

Irretitus) Cleopatra, Ptolemæi (Dionyſi) regis Ægyptiorum filia, à fratre ſuo, eodemque marito, Ptolemæo (quem fraudare regno voluerat) pulſa, ad Cæſarem, bello Civili, in Alexandriam venit. Ab eo, ſpecie ſua & concubitu regnum Ptolemæi & necem impetravit. Hæc tantæ libidinis fuit, ut ſæpè proſtiterit; tantæ pulchritudinis, ut multi noctem illius morte emerint. Ultimò *Antonio juncta*; *quem* ſuis amoribus & libidinibus *adeo dementavit*, *ut* tandem in barbarum regem degenerarit, Romanum imperium mulie-



ANTONIVS, Cleopatræ illecebris irretitus.

mulieri promiſerit, atque (A. V. C. 722) *ſemet in* irreparabilem *perniciem demerſerit. Victor*, de Vir. Illuſtr. *Plutarchus*, in *Anton. Dio*, 51 lib. *Paterculus*, 2 lib. 87 cap. *Florus*, 2 lib. 10 cap *Ovidius*, 1 Faſt. 15 Metam. *Propertius*, 3 lib. eleg. 9 *Horatius*, 1 lib. 37 carm. *Virgilius*, 6 *Æneid. Juvenalis*, 2 ſat. *Seneca*, 83 epiſt. &c.

Te) Marce *Antoni*. Licet eum intueri, apud *Fulv. Urſinum*, in gentis *Antoniæ* denariis. Scilicet in vultu ejus liberalis dignitas, facieſque lata, & aduncus naſus, videbatur oris maſculum formam, qualis *Herculus* pingitur atque fingitur, exprimere. *Plutarchus*, in vit.

Luxuries) *Cleopatræ* reginæ; cujus caput mitratum, vittatumve, adjecto ſæpius triremis roſtro, occurrit in dictis denariis, ſuperbè ſic inſcriptis: REGINÆ REGUM FILIORUM REGUM CLEOPATRÆ.

Circæis) *Circes* nomen cui non notum? ea *veneficiorum peritiſſima*, Solis è Perſe nymphâ filia, regis Æëtæ ſoror; quæ à Sarmatis, quorum regi nupſerat, pulſa, *in Italiam profugit*, & *in monte* Circæo (qui Latii terminus antiquus, herbis abundans efficaciſſimis) *ſedem* ſibi *delegit. Homerus*, 10 *Odyſſ. Virgilius*, 7 *Æn. Ovidius*, 14 *Metam.* alii.

Effeminat) Ita *Ovidius*, 9 Heroid. epiſt. de *Hercule*:
Quem non mille feræ, quem non Stenelejus hoſtis,
Non potuit Juno vincere, *vicit amor*.

Vo-

Voluptatum) Ut autem Cleopatræ petulantiam, laſciviam & luxum damnant, ita ipſius exitum & voluntariam mortem probant ſcriptores. Sibi vero manus intulit, ut *triumphi ludibrium effugeret.* Sic enim de eâ *Statius*, 3 ſylv. in propemp. *Metii Celer.*

Blanda quâ merſa veneno
Actias *Auſonias fugit* Cleopatra *catenas.*

& *Horatius*, 1 lib. 37 od.

Deliberata morte ferocior
Sævis liburnis ſcilicet *invidens*
Privata *deduci* ſuperbo
Non humilis mulier *triumpho.*

de mortis autem genere diſſenſus. Serpentis *morſu* periit: narrantibus, (videas gemmas, apud *Leonard. Auguſtini*, 1 part. 78 imag. & *Abrah. Gorlæum*, 2 part. 146 imag) *Floro*, *Virgilio*, *Horatio*; & præſertim *Tibullo*; cujus hæc verba (3 lib. 9 eleg.) de reginæ ſimulacro, ante triumphantis currum geſtato:

Brachia ſpectavi ſacris *admorſa colubris*,
Et trahere occultum membra ſoporis iter.

ſaltem *veneno*. *Dio*, lib. Author libri ad *Piſonem*, de Theriac. & *Plutarchus*, apud *Francis. Rhedi*, in Obſervat. de Viperis.

LX.

MARIAMNA,

in carcere.

Toleranda quamvis patiar, haud unquam queant
Niſi morte triſti, noſtra finiri mala.
Genetrice læſa, per ſcelus rapto patre,
Orbata fratre, miſeriis, luctu obruta,
Mærore preſſa, *conjugi inviſa, ac meæ*
Subjecta famulæ, luce non grata fruor.
Trepidante ſemper corde, non mortis metu,
Sed ſceleris. abſit crimen à fatis meis:
Mori juvabit. pœna nam gravior nece eſt
Videre tumidos & truces miſeræ mihi
Vultus Tyranni, jungere atque hoſti oſcula,
Timere nutus, cujus obſequium meus
Haud ferre poſſet, fata poſt fratris, dolor,
Scelere interempti; cujus imperium tenet
Et morte gaudet *autor* infandæ *necis.*

Seneca, Octav. Tragœd. 1 Act. 3 ſcen.

EXPLANATIO.

Mala) Mariamna, Alexandri ſecundi, Aſmonæorum regis filia, *propter formam* in Herodis Magni, regis Idumæorum, thalamum eſt tranſlata. repudiatâ Doſide Idumæa. Verum malis maximis eam maritus tyrannus afflixit; *avum, patrem, patruum, fratrem tollens*, ipſique innocenti inſidias tendens. Hinc animus reginæ à marito



MARIAMNA, in carcere.

rito paullo alienior. Quod cum animadverterent aulicæ mulieres, ejus evertendæ nactæ occaſionem, *adulterii & veneficii accuſant. Vincitur, damnatur, interimitur*; dum illa nec ad ſupplicii locum accedit trepidè, nec vitam ponit muliebriter. *Joſephus*, Antiq. *Judaic.* 15 lib. 11 cap.

Genitrice) *Alexandra* ſecundâ, Johannis tertii, i. e. Hyrcani ſecundi filia: dum totius Aſmonæorum ſtirpis cernit interitum, *fæminarum omnium ærumnoſiſſima*; ab Herode genero multis modis vexatâ. *Joſephus*, 15 lib. 3 cap.

Patre) *Alexandro* ſecundo, Ariſtobuli ſecundi filio; *quem* Antiochiæ, Pompeji juſſu, *ſecuri percuſſit* Scipio. *Joſephus*, 14 lib. 13 cap.

Fratre) *Ariſtobulo* tertio, Pontifice. Adoleſcens hic vultu, totiuſque corporis dignitate ſummoperè admirandus. cui virtus eximia, & favor populi interitum maturaverunt. *In hortos* enim *Hierichuntinos* vocatus, & ad luſus jucunditatesque invitatus, à miniſtris regiis, ſubornatis, anno ætatis decimo & octavo, *inter natandum ſuffocatus* eſt. *Joſephus*, 15 lib. 3 cap. & Bell. *Judaic.* 1 lib. 17 cap.

Famulæ) *Salomæ.* Ea Antipatri regis filia, & Herodis ſoror. *Joſephus*, 15 & 16 lib. Mulier, è peregrinâ inſolens, ex ignobili maximè ſuperba, ſceleſta, truculenta; cædium multarum autor, Aſmonææ gentis calamitas, totius aulæ peſtis & exitium.

F I N I S.

CA-

CATALOGUS POËTARUM,

E quibus hæc PICTURA LOQUENS.

A.

Albinovanus. *Tab.* XXI.

B.

Barlæus. XLV.
Beza. XLI.
Buchananus. XV.

C.

Cabiljavius. LVII.
Caſanova. XLVI.
Claudianus. XV, XX, XXXIX, XLVIII, XLIX, LIX.

F.

Flaccus (Valer.) VII, XII.

H.

Horatius. LI.

I.

Ignotus. XXII.
Juvenalis. XLIII, LIII, LVI.

L.

Lucanus. LVI, LVIII.
Lucretius. XXVII.

M.

Malapertius. XLII.
Manilius. IV.
Maphæus Vegius. LV.
Martialis. XX, XLIII.
Menagius. XLI.

O.

Ovidius. I, II, III, IV, VI, VII, IX, X, XI, XIV, XV, XVII, XX, XXI, XXIII, XXIV, XXVI, XXVII, XVIII, XXIX, XL, XLI.

P.

Petavius (Dionyſ.) LIV.
Propertius. V, XX, XXXVIII.

S.

Scaliger. XXXVII.
Seghetus. XLII, XLIV, LII.
Seneca. VIII, XIII, XVI, XVIII, XIX, XX, XXV, XXX, XXXI, XXXIII, XXXIX, L, LX.
Silius. XLIV, LI.
Statius. XII, XIX, XLVIII.

V.

Uchtman. XLVII.
Virgilius. XXIII, XXX, XXXII, XXXV, XXXVI, XLIX.

Z.

Zarbievius. XXXIV.

Q IN-

INDEX

Numiſmatum, Gemmarum, & Marmorum Antiquorum, à nobis citatorum.

A.

Achillis facies pag. 117
Æneas, in parentem pius. 128
Alceſtis, mariti vitam redimens. 61
Alexandri facies. 192
Althæa, ſtipitem comburens. 57
Amazones, ſecurigeræ. 133
Andromeda, liberata. 17
Antiochi, Grypi, facies. 220
Soteris, facies. 200
Antonii facies. 226
Arbores, juxta aras. 121

B.

Bacchæ, caput jactantes. 9
Bacchus, à tigribus tractus. 41
thyrſo innitens. 9
Bruti facies. 169

C.

Carpenta, conſecratarum. 161
Catanæi fratres. 128
Cephalus & Procris. 45
Cleopatra, à ſerpentibus morſa. 227
ipſius facies. 226
Cleopatræ, Syr. facies. 220
Cloelia, Tybrim trajiciens. 176.

D.

Deucalionis arca. 5
Diadema regum. 228
Dido. 141, 145
Dirce, à tauro raptata. 21

F.

Faſces, & ſecures. 168

G.

Gemmata linea Auguſtorum. 228

H.

Hannibalis facies. 213
Haſtati dii, deæque. 161
Herculis labores. 69

I.

Janus duplex. 181
Jaſon, vellus aureum rapiens. 29
Ilienſium Numiſmata. 129

L.

Lucretia, pectus transfigens. 165

M.

Marii facies. 224
Medea, liberos perimens. 33

P.

Pallas, in Alexandri nummis. 192

Phi-

Philoctetes, conquerens. 113
Pompeii facies. 233
Popæ & victimarii, ſuccincti. 108
Pyrrhi facies. 196

Q.

Quadrigæ circenſes. 53
triumphales. 53

S.

Scævola, dextram flammis imponens. 173
Seleuci, Nicatoris, facies. 200

T.

Tarpeia, ſcutis obruta. 152
Tarquinii, Priſci, facies. 160
Superbi, facies. ibid.
Theſeus, exuviis taurinis velatus. 37
ſaxum removens. ibid.
Triumphalis currus. 225
Tripus Apollinis. 13

V.

Victoria, in curru triumphali. 157

INDEX
Antiquitatum & Hiſtoriarum.

ÆNEAS. 126
pius. 128
Didonem videre non potuit. 145
Trojam prodidit. 128
ACHILLES. 114
iratus. 117
Acupictura. 25
Phrygiorum & Babyloniorum. 25
Æſcyli mirum fatum. 49
Adoratio. 64
Aſiaticorum. *ibid.*
diis tantum debita. *ibid.*
AGAMEMNON. 13
Agrippina, à filio perempta. 13
ALCESTIS. 5
prima tragœdia. 6
Alcmæon, matricida. 13
ALCYONE. 9
ALEXANDER. 19
ipſius clementia. 19
continentia. 19
Alexander, Mariamnæ pater. 24
ſecuri percuſſus. 24
Alexandra, Mariamnæ mater. 24
feminarum ærumnoſiſſima. 24
Amici veri, rari.

Am

Amor, amator. 84
Amor vincit fortes. 236
Amores Didonis, ſigmentum. 144
Amoris hyperbolica. 89
Amoris ignis, & lacrymæ. 85
ALTHÆA. 54
ANDROMACHE. 122
ipſius liberi. 125
mariti. *ibid.*
ANDROMEDA. 14
fuſca. 17
catena ipſius. 17
Animam ore excipere. 45
ANNA. 142
Annuli, in clade Cannenſi collecti. 213
Carthaginem miſſi. 213
ANTIOCHUS *Grypus.* 218
Antipater, matricida. 136
Antiochus, Soter. 200
nihil memorabile egit. 201
novercam poſt patris obitum duxit. ibid.
Antra, domus priſcis. 112
ANTONIUS. 234
Ara. 108
nominis vis. *ibid.*
marmorea. *ibid.*
è ceſpite. 109
amplectebantur eam ſupplices. 65
avellebanturque ægrè. 65

Arbores, juxta aras. 121
corticibus eorum inſcribere. 104
Arcâ ſervati Deucalion & Pyrrha. 5
Aſopus, Bæotiæ fluvius. 21
ARIADNE. 38
corona ipſius. 41
Ariſtobulus, Mariamnæ frater. 240
in aquis ſuffocatus. 240
Avernus. 93
Campaniæ lacus. ibid.
priſcis infernus. ibid.
B*elluæ oſſa.* 17
à Scauro Romam delata. ibid.
Bibere ex oſſibus capitum. 148
BRUTUS. 166
CALLIRHOE. 82
Cambyſes, ſæviſſimus in Harpagum. 100
Captivi vincti, ante currum triumphalem. 225
Caput amputare. 148
oſtentare. 148
apertum, priſcis. 49
jactare, Bacchantium. 9
Caracalla, fratrem perimens. 77
Carthaginis ſitus, & magnitudo. 217
incendium. ibid.
Caſtitas, in muliere rariſſima. 184
Catanæi, fratres pii. 128
Catenæ, captivorum injectæ collo. 208
manibus. 208
Cicada, Athenienſium. 37
Cico-

Ciconia, in pullos pia. 189
ein ſtorck. *ibid.*
Circe, veneficiorum peritiſſima. 236
profuga in Italiam. ibid.
Clamor in funere. 145
Cleopatra triumphi ludibrium effugit. 237
ipſius mortis genus. ibid.
Clepſammidium amoris. 84
CLOELIA. 174
fluvium tranavit. 176
non equo trajecit. ibid.
Cognomina apud Græcos, & Romanos. 180
Commori in ignibus. 81
populis variis uſitatum. *ibid.*
Convicia in triumphis. 157
Coriolani mater. 181
conjux. ibid.
Crateres, magni. 49
humanam ſtaturam æquantes. ibid.
Craſſus à Parthis victus. 149
amarè illuſus. ibid.
Crematio veterum gentilium. 80
Aſiaticorum, & Europæorum. *ibid.*
ipſius initium ab Hercule. *ibid.*
Cyri exercitus incommodum, ob nandi imperitiam. 88
mors ipſius, figmentum. 149
Cythæron, mons Bæotiæ. 8
Baccho ſacer. ibid.

DArdanidarum ſatum, Palladium. 129
Deorum nomina,&ſtatuæ,datæ conſecratis. 201
DEUCALION. 2
Diadema, regum. 228
Macedonicum. ibid.
antiquioribus ignotum. ibid.
Dianæ ſignum Tauricum. 49
ablatum. ibid.
Dido. 138
nominis vis. 140
Dea. 141
argumentum pictorum, &c. 144
poëtarum. ibid.
hiſtrionum. ibid.
Dii, haſtati. 161
Diluvium Deucalionis. 4
univerſale. ibid.
DIRCE. 18
Dominandi cupido. 221
injuſta. ibid.
ELephanti in præliis. 197
communi periculo. ibid.
vulnerati & mutilati. ibid.
viſi in Europa. ibid.
Italia. ibid.
Equi triumphantium quatuor. 225
albi. ibid.
Eriphyle, à filio perempta. 136
EVADNE. 78
nominis vis. ibid.
FA-

FABRICIUS. 194
Faſces, & ſecures. 168
eorum uſus. *ibid.*
Fœminæ obſides. 177
Flaminius, bellaturus, uxorem dimittit. 117
Fratrum gratia. 77
Fulvia in Ciceronem amara. 149
Gemmata linea, poſteriorum Auguſtorum. 228
pocula. 37
Genua, miſericordiæ. 124
tangere. *ibid.*
deorum incerare. *ibid.*
HANNIBAL. 210
Haſta, ſceptrum. 161
diis data. *ibid.*
HERCULES. 66
ipſius arcus & pharetra. 69
calvities. *ibid.*
clava. *ibid.*
diadema. *ibid.*
labores. *ibid.*
leonis exuviæ. *ibid.*
populea corona. *ibid.*
ſagittæ, Trojæ fatales. 113
tunica. 69
HELLE. 10
HIPPOLYTUS. 50
nominis vis. 52
Hirundinis ſimplicitas. 33

HORATIUS. 154
HYPSIPYLE. 46
Jani & Saturni ſocietas. 181
JASON. 26
Ilium, ſive Troja. 129
Romanorum colonia. ibid.
Inferiæ, manibus. 57
in iis effuſio vini, lactis, &c. *ibid.*
unguentorum. *ibid.*
Inſultationes amaræ. 149
JOCASTA. 74
ipſius mors incerta. 73
Joppe, urbs Palæſtinæ. 17
vinculorum Andromedæ veſtigia retinens. ibid.
IPHIGENIA. 106
verè caſa. 109
Iſthmos, bimaris. 36
Julius Cæſar, nando peritiſſimus. 88
Jupiter Ammon. 16
nominis ratio. 16
cornutus. 17
Latium, pars Italiæ. 181
nominis vis. ibid.
LEANDER. 86
Lictor. 168
nominis vis. *ibid.*
ipſius officium. *ibid.*
Lora equorum. 52
LUCRETIA. 162

Luctus,

Luctus; & in eo planctus. 100
veſtimentorum ſciſſio. *ibid.*
artuum laceratio. *ibid.*
MARIAMNA. 238
MARIUS. 222
Maſſaniſſæ regis robur. 49
Matricidæ. 136
Matris ubera. 137
Matrona. 165
nominis vis. *ibid.*
MEDEA. 30
Angitiá, poſt mortem. 141
ipſius tabula. 33
MEGARA. 62
Meſſalina maritum triumphantem ſequitur. 161
Metellius pius. 128
MONYMA. 226
Mori in aquis. 5
Mors voluntaria, laudata. 228
ſpreta. 229
Mulieres in caſtris. 116
NAtatio priſcorum. 88
Naufragorum raſura. 97
tabella. 96
veſtimenta. 97
Neoptolemus, h. e. Pyrrhus. 121
nominis vis. ibid.
Nero, matricida. 137
Nomina conſecratis mutata. 141

OE-

OEDIPUS. 70
nominis vis. 73
OENONE. 102
OLYNTHIA. 186
Olynthus, urbs Thraciæ. ibid.
vendita. ibid.
ORESTES. 134
inſanus. 137
Orgia Bacchi. 8
trieterica. *ibid.*
ORPHEUS. 90
P*Agaſa, urbs Theſſaliæ.* 61
Pallas, Macedonum numen. 193
Palladium, Trojanum. 128
Dardanidarum fatum. *ibid.*
Patriæ ſuccenſere, nefas. 181
Paulli clementia. 197
PENTHEUS. 6
Philippus, Alexandri pater. 188
emptor urbium. ibid.
corruptor oracali Delphici. 13
PHILOCTETES. 110
ipſius morbus. 113
PHILOMELA. 22
Pietas, & pii. 128
Pocula gemmata. 37
POMPEJUS. 230
Magnus dictus. 233
bellaturus, uxorem reliquit in Lesbo. 117

Popæ, victimarii. 109
ſuccincti. *ibid.*
Populus, in locis humidis. 104
PRIAMUS. 118
PROCRIS. 42
Purpurati. 172
Pyrrhus, Achilles filius. 121
Neoptolemus quoque dictus. ibid.
Pyrrhus, Epirotarum rex magnus. 196
nudo capite, in prælio. 49
partis excidit. ibid.
Quirinus, h. e. Romulus conſecratus. 141
REGULUS. 202
ipſius ſupplicium fictum. 205
machina. 204
SAcrificia, in caſtris. 173
ante prælium. *ibid.*
Salome, ſoror Herodis. 240
peſſima mulier. ibid.
SCÆVOLA. 170
nominis vis. 173
Sceptrum, haſta. 161
nominis vis. 161
SCIPIO *Æmilianus.* 214
Carthaginis vices deflet. 216
ſcorta caſtris ejicit. 116
Pompeii ſocer. 232
ſibi manus inſert. ibid.
Scipiones, Africæ fatales. 216
SE-

SELEUCUS. 198
ipſius anchora congenita. 200
templum. ibid.
Secures, & Faſces. 168
Securi percutiendi modus. 169
Securis, Amazonia. 132
in ſacrificiis. 133
Senatus, ſanctus. 231
Servus, in curru triumphantium. 156
Sidon, urbs Phœniciæ. 145
nominis vis. ibid.
SOPHONISBA. 206
Sortes. 141
oracula potius. *ibid.*
Stratonice. 201
à Junone punita. ibid.
calva. ibid.
dea. ibid.
præmia Poëtis tribuens. ibid.
Supplices aras amplectebantur. 65
non niſi vi remoti. *ibid.*
T*Antalus, filium epulandum tradens.* 100
TARPEIA. 150
non ſcelerata. 152
ipſius amores ficti. 153
Tauri, victima Jovi. 133
Neptuno. *ibid.*
albi. *ibid.*
ſecuri percutiendi. *ibid.*
Tex-

Textura. 25
heroïnarum. *ibid.*
Thalamus. 141
inacceſſus ferè. *ibid.*
Theſſalonice, à filio perempta. 136
THESEUS. 34
nominis vis. 36
ipſius acta. *ibid.*
THYESTES. 98
Thyrſus. 9
Bacchi telum. *ibid.*
Tigris, Bacchi. 40
ipſius currum trahens. *ibid.*
vinoſa. *ibid.*
Tirynthus, Herculis patria. 29
TOMYRIS. 146
figmentum. 149
Trigæ, & quadrigæ. 53
Tripus, Apollinis. 13
in Delphico templo. *ibid.*
Triumphales equi, quatuor. *ibid.*
albi. *ibid.*
Triumphalis currus aureus. 225
eburneus. *ibid.*
Triumphantium currui appenſum flagrum. 156
tintinnabulum. *ibid.*
Triumphus, honor amplus. 224
ipſius apparatus varius. *ibid.*
Troëzen, urbs Peloponneſi. 52
Theſei patria. *ibid.*
Troja

Trojæ plures. 125
Romanorum ea colonia. ibid.
Tryphæna, à ſorore impiè mutilata. 65
TULLIA. 158
V*Ellus aureum.* 29
Venenum, ad incerta fortunæ regibus. 209
facillimè miſerum extinguit. ibid.
Ventidii mira fortuna. 157
triumphus. ibid.
dicteriis vexatus. ibid.
Venus emergens. 89
ipſius tabula, Romæ dedicata. ibid.
Stratonicis. 201
Syria. ibid.
VETURIA. 178
Victoria, in curru triumphali. 157
VIRGINIA. 182
ipſius mors. 185
Vittæ victimarum. 13
Volſci, populi. 180
quotidiani Romanorum hoſtes. ibid.
Urnarum feralium materia. 81
W*ilde (Jac. de) locupletiſſimum Nummophylacium.* 213
X*Anthus, fluvius.* 105
ætate Cæſaris ſiccus. ibid.

701021
50

if- a&p